EURIPIDIS

TRAGOEDIAE

ET

FRAGMENTA.

RECENSUIT

INTERPRETATIONEM LATINAM CORREXIT

SCHOLIA GRAECA E CODICIBUS MANUSCRIPTIS

PARTIM SUPPLEVIT PARTIM EMENDAVIT

AUGUSTUS MATTHIAE.

TOMUS SEXTUS.

LIPSIAE

APUD IOA. AUG. GOTTL. WEIGEL

MDCCCXXI.

PRAEFATIO.

In his notis conscribendis illud consilium unice secutus sum, ut quae ad *textum*, quem vocant, e fide testium, id est librorum et manu scriptorum et editorum, constituendum valerent, diligenter congererem, variantium lectionum momenta accurate examinarem, et lectionum receptarum vel recipiendarum — nonnunquam enim in tragoediis ipsis edendis me a vero aberrasse sero intellexi — ubique rationem redderem. Quum vero lectiones etiam a superioribus editoribus excerptas omnes commemorandas duxerim, ut plenus apparatus criticus exstaret, necesse videbatur ea, quae ad interpretationem vel rerum vel verborum, locutionum, constructionum pertinentia a decessoribus monita erant, omittere, tum quia Viris doctis, non adolescentibus litterarum studiosis, hanc operam destinabam, tum quia videbam, fore, ut, si omnia, quae ad explicandum et illustrandum poetam facerent, adiecissem, in nimiam molem hic annotationis liber excresceret. Itaque ibi tantum interpretationum attigi, ubi vel nihil adhuc mo-

nitum erat, vel interpretes a recta via aberrasse videbantur, vel iusta imprimis rationis grammaticae explicatio ad criticam etiam recte faciendam, coniecturis Criticorum ponderandis, vim haberet. Talium observationum maior etiam occasio in sequentibus fabulis dabitur.

Non pauca me praetermisisse non mirabuntur ii, qui, quam facile labore farraginem variarum lectionem enotandi et in ordinem digerendi et animus et oculi hebescant, experti sciunt. Eorum potiora in calce huius voluminis subieci, quae postea occurrent et levioris momenti supplementa post notas absolutas subiungam. Tunc etiam ea, quae in scholiis omisi, supplebuntur.

Scr. Altenburgi mense Maio 1821.

INDEX CODICUM

AB

EDITORIBUS EUR. COLLATORUM.

Aug. 1. 2. 3. Augustani tres ap. Hermannum praef. Hecub. p. VI. quibuscum Brunckius contulit Oresten, Hermannus Hecubam; lectiones ad Oresten et Phoenissas inde enotatas mihi concessit Vir clarissimus. Vid. Praef. Tom. I. p. VIII.

Ask. 1. 2. ab Askewio Medico Londinensi acceptos contulit Musgrav. qui eorum alterum duas priores tragoedias, alterum easdem, sed cum Phoenissis, exhibere dicit. Hos eosdem esse ait Porsonus in *syllabo notarum* etc. Oresti praefixo, quos in Bibliothecam Academiae Cantabrig. illatos et signatos Mm. 1. 11. et Nn. 3. 14. ipse contulerit. Prior notatus Cant. a Porsono Hecubam, Orestem et Phoenissas continere videtur; certe ad Phoen. nonnunquam Cant. memorat Porsonus. Alter tres priores fabulas habet eleganti manu saeculo XIV. scriptas, duasque iterum priores ineleganti et recentissima manu, ex quibus illum M. recentiorem N. vocat Porsonus. Ita tres sunt Codices Porsono, qui duo sunt apud Musgrav. Paucissimis etiam in locis Cant. M. N. Porsoni cum Ask. Musgravii conspirant, ut dubitare liceat, an iidem sint, nisi forte hoc Musgr. culpa accidit, quem paucis tantum in locis eos inspexisse dicit Pors.

Bodl. Codd. sex in bibl. Bodleiana Oxonii, collati a Kingio, multo autem accuratius, sed cum Phoenissis tantum, a Io. Burtono in *Pentalogia* s. *tragoed. graec. delectu.* Bodleianos autem istos enumerat King. „1. Barocc. 57. Hecubam solam continens. „2. Barocc. 10. qui tres primas fabulas integras exhibet, charta

„arabica, 'satis vetustus. 3. Laud. 89. in fol. continet Hecu-„bam ad lin. 283. Oresten a lin. 164. lineae vero intermediae „1183 desunt. Continet etiam Phoenissas integras, et tres pri-„mas fabulas Sophoclis, idyllia quaedam Theocriti, et odas „paucas Pindari. 4. Barocc. 66. Phoenissas solas repraesentat, „et duas primas Sophoclis fabulas, recens admodum et mendo-„sus. 5. Bodl. n. 2175. sive NE. D. 2. 18. tres primas fabu-„las fere integras exhibet. Notandum est, etiam, quod fere „singuli notis interlinearibus donantur. 6. Barocc. 74. scholia „continet antiqua in tres fabulas has Eurip. usque ad lin. 1569. „Phoen. codex quantivis pretii." In eadem Bibl. est „antiqua „editio Hervagii cum notis MStis Ios. Scaligeri."

Br. mutili codicis fragmentum, quod partem Hecubae, partem Orestis et unicum folium Oed. Col. tenet. Vid. Brunck. elench. Codd. ante Orest. Schedas suas vocat Brunck. ad Hec. 816. 821. codicem suum ibid. 848. etc.

Burn. Variae lectiones e MS. notatae in Aldinae exemplaris margine, quod cum Porsono communicavit Car. Burneius iunior. Porson. eum librum in notis ad Hecub. littera B. ad Medeam (vid. P. ad v. 89.) litt. C. notavit.

C. C. C. MS. Collegii Corporis Christi apud Cantabrigienses, a Barnesio, Kingio, Porsono collatus. Eum Musgrav. Cantabrigiensem vocat.

Cott. Excerpta e MS. quodam Cottoniano, adscripta exemplari ed. Barnesianae, quod in bibl. Bodleiana servatur, apud Barn. Musgr. et Porson. De eo accuratius monuit Elmslei. in praef. Medeae p. 9.

Flor. A. Variantes lectiones MS. Florentini, ab Is. Vossio olim collati, quae in bibliotheca Lugduno-Batava servantur, ad Hecubam, Orestem, Phoenissas, Medeam, Alcest. Androm. Rhesum, Troades pertinentes. Ad Bacchas una tantum var. lect. enotata est. Collationem illam ad edit. Canteri Antv. 1571. 12. instituerat Vossius, quod scire avebat Burges. Praef. Troad. p. III. Ad Phoenissas quae pertinebant, dedit Valcken. reliquas cum Musgravio communicavit Ruhnkenius. Lectiones illas e libro Vossiano descripsit, quum Leidae versaretur, Io. Chph. Wolfius, cuius apographum, sedecim foliis formae 8. constans, habet bibliotheca Hamburgensis. Eius copiam mihi fecit senex venerabilis, nuper litteris morte ereptus, C. D.

Ebeling. Ab eodem accepi Io. Vossii notas ad Euripid. ed. Antv. 1571. 12. quae ab eodem Wolfio descriptae ibidem servantur. In illo vero apographo, ne quis me plura omisisse criminetur, varietas lectionis ad Hecubam enotata est usque ad v. 455. ubi adscriptum: „Postea nihil affert, nisi ad p. 20. v. 10. a f. ὦ τέκνον, ὦ τέκνον." (i. e. v. 673.) „Tum p. 27. v. 2. φίλον] φίλιον. (i. e. v. 841.) et v. 3. a f." Tandem p. 38. v. 4. 5. (i. e. v. 1202. 3.) In Oreste ad argum. quaedam notata sunt. Post quae haec subiiciuntur: „Ἠλέκτρα inscribitur haec tragoedia in Cod. Flor. Praeterea nihil ad eam comoediam notatum erat, sed in fine ad aenigma Sphingis." vid. ad arg. Phoen. p. 273. Ad initium Medeae annotatum: „Hypothesis ad Medeam in MS. Florent. tribuitur Dicaearcho. Desunt priora aliquot folia huius tragoediae in eodem Cod. vetere Flor." Varietas lectionis incipit a p. 156. v. 6. a f. i. e. a v. 270. „Ad Ἱκέτιδας, Ἰφιγέν. ἐν Αὐλ. Ἰφιγέν. ἐν Ταύρῳ (sic) nihil." E Rheso ultimum est quod affertur p. 468. 5. πέρσαι] πέρσα. i. e. v. 598. post quae scriptum: „Reliqua huius Trag. desunt in eo Cod. quem contuli." In ea fabula ad nonnullos versus adscriptum V. V. quo spectat annotatio in fine var. lect. e Rheso scripta: „Vides hic interdum afferri V. V. et V. quod infert duos codices diversos, sicut et Vossius interdum alterum ab altero diserte distiuxit." Ad Bacchas adscriptum: „in Flor. Cod. inscribitur haec tragoedia Πενθεύς. Ad hanc nihil omnino observatum est, praeterquam p. 584. v. 5. i. e. Cycl. 701. ἀμφιτρῆτος MS. Vid. Suid. in Ἀμφιτρῆτον. Et sic quoque nihil prorsus ad reliquas tragoedias." Vossii excerpta ad Medeam denuo contulit Io. Lenting in ed. Medeae.

Florr. 1. 2. 5. 6. 9. 10. 15. 17. 18. 21. 25. 32. 34. Codices Florentini, de quibus vid. Praef. nostram T. I. p. VI. T. IV. p. IV. Ex iis 1. praeter fabulas a Beckio e Bandinii catalogo enumeratas habet etiam Helenam. 2. plerisque in locis conspirat cum iis, quae et Victorius et Hieron. Magius et Scaliger e vetere codice annotarunt. Vid. T. I. Praef. p. VI. VIII. et infra *Mag.*

Gu. Guelpherbytanus, de quo vid. nostrae editionis T. I. p. VII.

H. Harleianus 5725. in Museo Britannico, Hecubam cum gl. interlinearibus et marginalibus continens, collatus a Porsono.

Havn. Havniensis, de quo vid. nostrae edit. T. II. Praef. p. III.

I. Harleianus 6300. in Museo Britannico, tres priores fabulas cum gl. interlin. et margin. continens, recentissimus quidem, non tamen contemnendus, iudice Porsono ad Orest. 73. 74. Eum post Porsonum denuo cum edit. Phoen. Burgessiana contulit V. D. in *Classical journ.* I. p. 135.

Ia. Harleianus 5743. qui Alcestidis fragmentum a v. 1032. ed. Beck. Rhesum et Troades continet. Cum Alcestide contulit Monk, signatum *Fragm.*, cum Rheso et Troad. Musgrav. (Harl.) cum Troad. denuo Ge. Burgess. (Hl.) Vide huius praef. Troad. p. II. III. Est etiam quartus Harleianus, Hecubam continens praemissa hypothesi et epigrammatis in Euripidem, sec. 14. nr. 5724. a nemine, quod sciam, adhue collatus.

K. Codex Regiae societatis nr. 7. tres fabulas priores continens, quem optimum vocat King. recentiorem Porson. De eo King. ad Phoen. 173. „Mirum sane est, inquit, Codicem illum tam exacte semper cum scholiis convenire, nisi illo ipso usus fuerit scholiastes, vel saltem exemplari, a quo transcriptus est: quod verisimilius videtur." Verius Seidler. de vers. dochm. p. 297 sq. multis argumentis se exploratum habere dicit, Codicem illum ad recensionem metrici cuiusdam Scholiastae exaratum esse, ut apud se quidem perexigua eius sit auctoritas.

L. Ms. Ayscough. 4952. in Museo Britannico ap. Porson. Tres priores fabulas continere videtur; nam ad Phoen. etiam, v. c. 30. 91. 92. etc. ad L. Cod. provocat Porson.

Leid. A. B. Codices duo Leidenses, de quibus vid. Valcken. Praef. Phoen. p. IX. Quatuor vidit Io. Lenting (vid. eius praef. Med. p. VII. not.) quorum tres Hecubam, Oresten, Phoenissas continent, quartus tantum duas priores.

Mag. His litteris Elmsl. designavit exemplum ed. Hervagianae sec. in bibl. Bodlei. in quo ad ea tituli verba Εὐριπ. τραγ. ὀκτωκαίδεκα Scaliger ipse, ut videtur Elmsl., adscripsit *Accedunt hae lectiones Hieronymi Magii ex codice veteri*, tum varias lectiones ipsas. Easdem lectiones ipsius Magii manu exaratas exhibet exemplum Hervagianae primae. In pagina certe vacua titulum respicienta haec scripta sunt: *Le varianti lettioni nella margine sono della mano propria di Gieronimo Maggio, l' autor delli libri Variarum lectionum, ed altre cose.* Eas semper fere cum Victorianis conspirare e notis in Medeam deprehendet lector.

Mosq. a. b. c. d. Mosquenses quatuor, de quibus vid. Beck. ed. Barnes. T. III. p. 1019. et nostrae edit. T. I. Praef. p. IX.

Ox. editio Ald. cum MS. collata, quae anno circiter 1805. Curatorum iussu e Bibl. Bodleiana in collegium Wadhamense immigravit. Eius collationem cum Iphig. Taur. Marklando suppeditavit Car. Hall, Dec. Bockingensis. Vid. Markl. Praef. Iphig. edit. 1811.

Par. Parisienses.

1. A. bibl. regiae Paris. n. 2712. membranaceus, saec. XIII. praeter Sophoclis tragoedias, Aristophanis fabulas VI continens Euripidis Hec. Orest. Phoen. Medeam, Hippol. Alcest. Andromachen. Cum eo Musgravius contulit Medeam, Hippol. Androm. Brunck. qui vocat membranas regias (vid. Brunck. Praef. Hec. Phoen. Hipp. Bacch. p. IV.), Hecubam, Orestem, Phoen. Medeam, Hipp. et Androm. Ex eodem varias lectiones ad Hippol. a se enotatas Tib. Hemsterhusius concesserat Valckenario. (vid. Brunck. Praef. Aesch. p. VIII. Valck. Praef. Hipp. p. X.)

2. B. membranaceus, saec. XIII. nr. 2713. septem priores tragoedias exhibens, collatus a Musgravio.

3. C. chartaceus, saec. XV. nr. 2648. e quo, littera A. notato, variantes lectiones et scholia enotavit Fähse in *Sylloge lect. gr.* Lips. 1813. p. 277.

4. D. chartaceus, n. 2818. continens Medeam, Hippolytum, Alcestidem, Andromachen, a Musgr. collatus.

5. E. Hac nota Musgr. designavit duos tomos eadem manu nitidissime scriptos in bibl. regia n. 2887. et 2888. In priore sunt Cyclops, Heraclidae, Herc. fur. Helena, Rhesus, Ion, Iphigeniae duae, Supplices, denique Bacchae usque ad v. 755. Musgr. s. 711. nostrae ed. (vid. Brunck. ad Bacch. 744.) ubi post verba οὐ δεσμῶν ὕπο ad latus scriptum λείπει φύλλα τεσσαράκοντα. In altero s. n. 2888. septem primae tragoediae continentur cum Electra. E secundo tomo Musgr. contulit Medeam, Hippol. Alcest. Androm. Electram, e priore Markland. Supplices et utramque Iphigeniam, Brunck. Bacchas. In notis ad Electram varietates huius MSti Musgrav. littera α significavit.

6. G. chartaceus, nr. 2817. Easdem fabulas habet, quas

2887. atque in eodem Baccharum versu desinit *). Cum eo littera B. signato Supplices et Iphigeniam utramque contulit Markl. (vid. Musgr. et Markl. ad Suppl. v. 94 = 96.) Bacchas Brunck., omnes Musgrav.

7. Ga. Parisiensis Porsoni, in eius usum ab amico ad Hecubam collatus.

8. Lib. P. exemplum editionis Aldinae, cum cod. MS. collatum a Puteano, unde varias lectiones exscripsit Musgrav. usque ad finem Iphig. Taur. Vid. Catalog. libr. impress. bibl. reg. Paris. *Belles Lettres* T. 1. p. 264.

9. Alius cod. MS. bibl. reg. bombycinus nr. 2794. quo continentur Soph. Aiax, Electra, Oedip. Tyr. et pars Orestis, quae foliis XIII constat. Vid. Brunck. ad Androm. p. 134. et in Indice Codd. animadversionibus in Orest. praemisso. Eum a v. 517. (nostr. ed. 505.) nonnunquam commemorat Brunck. alterum codicem Regium vocans. Erravi igitur, quum ad v. 505. hunc esse D. vel E. dixi. Ad Sophoclem littera C. eum notavit Brunck. Vid. Praef. p. VI.

10. S. chartaceus, olim Bigotianus, n. 2816. Medeam continens usque ad v. 763. ed. Barn. cum versione latina, notulis atque emendationibus V. D. e codd. Fuit liber Maludani cuiusdam, qui, ut videtur, annotationes e magistri, quem T. littera designat (Trinarchus nominatur ad v. 4. e scholiis, ubi est *Τίμαρχος*) ore exceptas nitidissime appinxit, plerumque levissimas et in verborum explicatione occupatas, paucas criticas. Eas in usum meum, cum Parisiis versaretur anno 1817., descripsit discipulus olim carissimus, Henr. Hase, Phil. D. nunc nomothecae regiae Dresdensi praefectus. Partem etiam, et quidem criticas, dedit Fähse in Sylloge p. 295 sq. Sed quia vulgo credere nolunt homines, quod Parisiis sit, parvi pretii esse posse, age reliquas etiam observationes, ad versus centum priores pertinentes, huc transscribam.

V. 1. *ὤφελ'*. De natura huius dictionis vid. Bud. in Comment. — *διαπτᾶσθαι*. tropice pro *διαπλεύσασθαι*. V. 2. *κυανέας*. *κυάνεος*, cyaneus, caeruleus, fuscus, interdum *μέλας*. unde *κυάνεοι ἄνδρες* ab Hesiodo dicuntur. *συμ-*

*) In eodem desinit Flor. 2. ut iam notavit Brunck. Praef. Hec. p. VIII. non item Flor. 1. seu Catalog. T. II. p. 74. ut idem suspicabatur.

πληγάδας. Hellespontus insulas non habet in Europa dicendas. In Ponto duae MD. passus ab Europa, XIIII. M. ab ostio, Cysneae, ab aliis Symplegades appellatae, traditaeque fabulis inter se concurrisse, quum parvo discretae intervallo, ex adverso intrantibus geminae cernebantur, paulumque deflexa acie coeuntium speciem praebebant, inquit Plinius *). Vid. etiam Pompon. Melam. — V. 3. νάπαιοι. νάπη, saltus, lucus, clivus. quodsi (quasi?) νάφη a partic. privativa νη, quasi νηάφη, sine lumine; convallis exprimitur a Valla, dum quoque Graece βῆσσα. — V. 4. τμηθεῖσα. Triuarchus dicit hic esse figuram τὸ ὕστερον πρῶτον. πρῶτον γάρ φησιν εἶναι τὰ δένδρα, εἶθ' οὕτως κατασκευασθῆναι τὴν Ἀργώ. **) πεύκη nunc pinus, nunc taeda vertitur a Gaza apud Aristot. a nonnullis picea. — χέρας. (vid. not. nostr.) V. 6. πέλλα. De Pelia vid. Liban. in declam. Medeae. οὐ γὰρ causam optationis. V. 7. ad πύργους esse ἐς supplendum. Iolcos urbs Thessaliae. — V. 12. φυγῇ πολιτῶν, ὧν ἀφ. χθ. ad πολιτῶν esse ἐκείνους supplendum. — V. 14. ἥπερ. Sic est ἥπερ pro nempe apud Thucyd. — V. 19. αἰσυμνᾷ. αἰσυμνᾷν ἄρχειν. unde αἰσυμνητὴρ ἄρχων rex. et αἰσυμνιτία tertia pars regiae potestatis, de qua apud Aristot. c. 10. et 11. libr. III. polit. Est autem Aesymnitia tyrannis s. regia potestas per electionem creata. αἱρετική. — V. 25. συντήκουσα, colliquescens, contabescens. — V. 37. βουλεύσῃ νέον. κακόν. sic quidam legunt. — V. 40. φάσγανον per metathesin pro σφάγανον. Gaza. 4 Gramm. — V. 46. ἐκ τρόχων. ἀπὸ γυμνασίας. τρόχος cursus; τροχὸς revolutio, rota, trocha, turbo, instrumentum lusorium.

Desinit autem Cod. in v. 759.

Ceterum quod de codd. Paris. dixi T. I. Praef. p. IX. confirmatur etiam iis, quae Censor edit. Heraclid. Elmsleianae monet in *Classic. journ.* n. 14. p. 300. ***)

*) H. N. IV, 27.

**) e scholiis, in quibus etiam haec a Timarcho s. Timachida monita esse narrantur.

***) In the notes of Tyrwhitt there exists a collation of the two Parisian MSS. more perfect than that of Musgr. but with differences so few and unimportant, as plainly to show, how little is to be expected from a reinspection of these authorities.

R. alter regiae societatis Londinensis codex n. 24. tres priores fabulas continens, apud King. et Porson.

Rom. Romani quinque, ab Elmsleio ad Medeam collati. Vid. Elmsl. indicem codd.

A. Vaticanus 909. bombycinus, saec. XII, primas septem tragoedias, tum Troadas et Rhesum, hunc mutilum in fine, complectens cum scholiis ad omnes pertinentibus, glossis interlin. et var. lect.

B. Palatinus 98. olim Heidelbergensis, chartaceus, non antiquus, easdem, quas A., fabulas, eandemque recensionem exhibens, sed eius apparatu critico destitutus.

C. Palatinus 287. membranaceus, saec. fortasse XIV. praeter Sophoclis quatuor fabulas, et tres Aeschyli, continens Euripidis Androm. Med. Suppl. Rhesum, Ionem, Iphig. Taur. Iph. Aulid. cum fragmento Danaes, Hippol. Alcest. Troad. Bacch. Cycl. Heracl. sine scholiis.

D. Vaticanus 910. chartaceus, pessimus et recentissimus, ita male habitus, ut vix unum folium iam integrum habeat, mutilus etiam post v. 1017. Medeae, v. 1038. nostrae ed. Itaque et hunc et sequentem parum diligenter contulit Elmsl. Leguntur in eo praeter Soph. quatuor fabulas et Dionysii Periegesin, Euripidis Hippolytus et Medea.

E. Vaticanus 1421. bombycinus, non melioris notae quam proxime superior, complectitur Euripidis Hippolytum et Medeae partem usque ad v. 748. (760. nostrae ed.) Desunt in eo etiam versus 240—276. (248—284.)

Taur. Codices Taurinenses duo, de quibus vid. T. I. Praef. p. VI.

Vat. 1. Vaticanus nr. 1135., inter eos, qui Roma Parisios migrarunt, nr. 270. (non 170. ut narrat Fähsius) membranaceus, Hecubam et Phoenissas continens cum aliis, foliis 151 constans, sec. XII. cum glossis interlinearibus et scholiis, his quidem (ut docuit me Hasius in litteris datis Paris. die XIV. m. Dec. 1808.) ab iis, quae in Beckiana leguntur, admodum diversis, nec tamen proprie ineditis, quippe e compluribus lexicographis congestis. Ex eo cod. litt. B. signato scholia nonnulla dedit Fähsius p. 273 sqq. varietatem lectionis cum glossis in Hec. p. 277 sqq. in Orest. p. 289 sqq. in Phoen. p. 293 sqq.

Vat. 2. Alius Vaticanus, qui erat Parisiis, n. 896. chartaceus, cuius

notitiam dedit Fähsius Praef. p. XXIII. In eo tractatus de metris fol. 5. recto — 25. recto pleraque, v. c. totum caput περὶ ἀσυναρτήτων μέτρων, ex Hephaestione eiusque scholiaste, alia e scholiis in Euripidem, imprimis iis, quae Beckius dedit T. III. p. 38—134. alia aliunde sumta continet. Leguntur in eo Hecuba fol. 26. verso — 69. verso, Orestes fol. 69. verso — 129. recto, Phoenissae fol. 129. recto — 191. verso, hae in fine mutilae. Phoenissis praefixum est Aristoph. gramm. argumentum metro iambico conscriptum, quod in Sophoclis editt. ante Oedip. Tyr. legitur. Scholia cum Beckianis fere conspirare, glossas interlineares e paraphrasi Arsenii haustas esse dicit Haeius. Mihi tota ista paraphrasis ex eiusmodi glossis ducta videtur. Codex esse videtur Hasio sec. XIV. nec multum ad criticam conferre. Ex eo Fähs. quaedam dedit ad Hec. 235. Barn. 665. 794. 853. 917. 931. 945. Or. 239. 384. 1162. 1514. 1599. Ph. 1505.

Vict. variantes lectiones a P. Victorio margini exemplaris Aldini in bibl. Monac. adscriptae, de quibus vid. T. I. Praef. p. VII. sq.

Vit. codex Academiae Vitebergensis chartaceus saec. XIII. littera E. notatus a Beckio, quem vide T. III. Eurip. Barn. p. 1019. In eo continetur quinque foliis Hecubae initium cum scholiis usque ad v. 274. (271. nostr. ed.) Neque vero, monente Hermanno, reliqua tragoediae pars interiit, sed scribere in eo versu desiit librarius. Novam eius codicis collationem a se factam in margine ed. Monacensis Hecubae, Orestis et Phoenissarum *) benevole mecum communicavit Herm.

Voss. 1. 2. ad Phoen. nonnunquam commemorat Burtonus. Vid. ad v. 399. 792. 1304. qui mihi non diversi esse videntur ab Excerptis Vossii e Cod. Flor. et Is. Vossii notis. Vid. Addenda.

Vrat. Vratislaviensis bibl. Rhedigerianae, partim chartaceus, partim membranaceus, praeter labores Herculis a Leone Allatio editos et Homeri Batrachomyomachiam diversam ab ea, cuius var. lect. dedi ad Hom. hymn. et Batrachom., continet Eurip.

*) Titulus ed. est: Εὐριπίδου Ἑκάβη, Ὀρέστης καὶ Φοίνισσαι. *Eur. Hec. Or. et Ph. ad usum scholarum societatis Iesu. Monachii ex typogr. Nicol. Henrici, impensis Ioh. Hertsroy.* 1613. 8.

Hec. Or. Phoen. cum scholiis editis, sed paucioribus et glossis interlinearibus ineditis, denique Pindari Olymp. Boeckhio Praef. Pind. T. I. p. XXI. est Vratisl. B. Ex eo var. lect. et scholia ad Hecub. versus 176 priores a se transscripta mihi misit *Fr. Passow*, V. Cl.

A Barnesio saepe commemoratur *liber Heinsio-Scaligeranus*. Is codex, monente Elmsleio ad Med. p. 78. not. s., nihil aliud est, quam editionis Canterianae exemplum, quod ex Ed. Bernardi bibliotheca in Bodleianam Academiae Oxoniensis venit. In prima pagina scriptum exhibet: *Danielis Heinsii ex legato Ios. Scaligeri*. Haud paucas Scaligeri coniecturas in margine scriptas exhibet, quarum plerasque aut memoravit aut tacite adoptavit Barnesius.

In eadem Bibl. sunt etiam aliae Scaligeri coniecturae in exemplo Hervag. sec. quod supra ad *Mag.* Elmsleii verbis descripsi. Eas cum cod. lectionibus confusas legi, ita tamen ut plerumque facile ab iis distingui possint, dicit Elmsl. Vix tamen ulla ex eo libro memoratur, quae non in Vict. etiam exstet.

Io. Miltonus in margine exempli ed. P. Steph. emendationes suas notavit, unde in marginem ed. Brubach. transscripsit Porsonus. E Stephaniana Miltoni emendationes aliquoties commemoravit Barnes. pleraque autem aut omnino silentur, aut, celato eius nomine, pro var. lect. afferuntur. Omnes editae sunt in Musei crit. Cantabr. n. 3. p. 283.

H. Stephani annotationes in Sophoclem et Euripidem. Paris, 1568. 8. varias lectiones ad Rhesum et reliquas postremas fabulas e duobus codd. Italicis enotatas continent. Hos codd. eos esse, quos Bandini memoret Catal. Bibl. Medic. T. II. p. 74. et ib. p. 124. (qui mihi sunt 1. et 2.) suspicatur Censor ed. Heraclid. Elmsleianae in *Classic. journ.* n. 14. p. 300. sed iniuria; meorum certe nullus cum iis codd. conspirat.

Th. Tyrwhitti notae MSS. in Eurip. asservantur in Museo Britannico, Stanleii in bibl. Univers. Cantabr. Vid. *Class. journ.* n. 14. p. 299.

INDEX EDITIONUM PRAECIPUARUM.

c. 1496. *Euripidis Medea*, *Hippolytus*, *Alcestis et Andromache*, *gr. cura I. Lascaris*. s. l. et a. (Flor. Lt de Alopa). 4. min.

De duobus huius editionis exemplis vid. quae disputavit A. Seidler. in Wolfii Anal. T. I. p. 472 sqq.

1503. *Εὐριπίδου τραγῳδίαι ἑπτακαίδεκα. ὧν ἔνιαι μετ' ἐξηγήσεων. εἰσὶ δὲ αὗται. Ἑκάβη κ. τ. λ. Euripidis tragoediae septendecim, ex quibus quaedam habent commentaria. et sunt hae. Hecuba — Ion.* gr. In calce: Venetiis apud Aldum, mense Febr. M. D. III. 8.

Septendecim tragoediis in titulo promissis, T. II. accessit Hercules furens, et ipse Aldus in epistola ad Demetrium Chalcondylam, Tom. I. praefixa, *Et nunc*, inquit, *decem et octo Euripidis tragoedias tibi, qui es graecorum omnium aetatis nostrae facile princeps, nuncupatae damus, non multo post in septem primas daturi et commentarios.* Commentarii non prodierunt ex Aldi officina, sed Venet. apud Lucam Ant. Iuntam 1534. 8. Quod Harles. Bibl. gr. Fabric. T. II. p. 258. ex Adelungii annotatione scribit, in bibl. Dresdensi aliud exemplar exstare, in fine paulo diversum, falsum esse monet Ebert in *Lexic. bibliographico* p. 560. nr. 7071.

1537. *Euripidis tragoediae* XVIII. *gr. Basil. ap. Io. Hervagium.* 8. De ea vid. Fabric. Bibl. gr. T. II. p. 259.

1544. *Eur. trag.* XVIII. *Hecuba — Hercul. fur. Basil. per Io. Hervagium.* 8.

Praefatus est Io. Oporinus, et se, quae prioribus aliquot aliorum editionibus depravata in Eur. loca essent, neque pauca certe illa, neque parvi momenti quaedam, pro virili quidem parte, quantum saltem ad urgentia praela liceret, emendasse dicit, et in reliquis eruditi cuiusdam viri (quem nominare ob singularem ipsius modestiam non liceat) exemplar castigatissimum in hunc ipsum sibi usum concessum aedulo imitatum esse. Oporinum graviter vituperant H. Steph. *Annot. in Eurip. et Soph.* atque in *epistola de suae typographiae statu* 1569. 8. p. 44. et Valck. *Praef. Phoen.* p. VII. Simul cum hac editione prodierunt Scholia graeca, quae idem Oporinus in illa praefatione se multis locis emendasse dicit.

1545. *Εὐριπίδου Ἠλέκτρα. Eur. Electra nunc primum in lucem edita.* Romae 8. (cur P. Victorio.)

De hac editione vid. Seidler. Praef. Electr. p. VII. sq. Repetita est Florent. 1546.

1551. Basileensis ap. Hervag. 8. quae in fine habet Electram ex editione et cum praef. Victorii atque argumento.

1558. Hoc anno edita esse creditur ed. Brubachiana, cuius hic est titulus: *Εὐριπίδου τραγῳδίαι ὀκτωκαίδεκα. — Eur. trag. octodecim. — His accessit eiusdem Electra, valde quidem hactenus ab eruditis desiderata tragoedia, ac nuper demum in lucem edita. Francoforti.* s. anni nota.

Singulae fabulae singulos titulos habent, praeter Cycl. Heracl. Helen. Ion. Hercul. Sequitur *Eurip. Electra, valde quidem hactenus* etc. quae in titulo ipsius editionis leguntur. In tituli Suppl. parte inferiore haec est nota:

P
B

quae in exemplo Marklandi (quem vide ad v. 263.) erat initio secundi tomi. Aliud exemplum huius editionis est in biblioth. Zviccaviensi, item in duos tomos distinctum, quorum prior decem tragoedias priores continet. Prodiisse hanc editionem paulo post primam edit. versionis Melanchthonianae 1558. e supplemento post v. 261. Suppl. ex illa versione sumto intelligitur.

1562. *Euripides — in latinum sermonem conversus adiecto e regione textu graeco cum annotationibus et praefationibus in omnes eius tragoedias, autore Casp. Stiblino. Accesserunt Iac. Micylli de Euripidis vita ex diversis auctoribus collecta: item de tragoedia et eius partibus προλεγόμενα quaedam. Item Io. Brodaei Turonensis annotationes doctiss. numquam antea in lucem editae. Ad haec index rerum et verborum toto opere memorabilium. Basil. per Io. Oporinum.* fol.

Stiblini, Erasmi et Buchanani interpretationibus haud dubie adiuti, interpretatio ad carmen iambicum proxime accedit, nonnulli etiam insunt versus iambici. Exemplo sint duodecim priores Hecubae:

Adsum, profunda manium, et noctis domos
Linquens, ubi Pluto a diis degit procul

Polydorus Hecuba natus e Cisseide *)
Priamoque patre: qui me, postquam urbi Phrygum
Periculum immineret, Argivo timens
Caderet ne Marte, Troico emisit solo **),
Polymestoris Thracis ad aedes hospitis:
Qui Cherronesi fertilem glebam colens
Armis ferocem martiis gentem regit ***).
Aurique multum clanculum mittit pater
Mecum, si fors ruissent arces Ilii,
Superstites ut non egerent liberi.

Praeterea singulas fabulas in actus distinxit: post prologum Hecubae 1—58. est actus prim. 59—214. actus sec. 215—478. act. tert. 479—646. actus quartus 647—931. act. quint. 932. ad finem. Stiblini notae, plerumque in rhetoricis occupatae, vix quidquam ad poëtam melius intelligendum conferant. Brodaei notae, ipsae quoque levissimae, ad Rhesum, Troadas, Bacchas, Cyclopem, Heracl. Helen. Ion. Hercul. Supplic. et Iphig. utramque pertinent.

1567. *Tragoediae selectae Aeschyli, Sophoclis, Euripidis cum duplici interpretatione Latina, una ad verbum, altera carmine. Ennianae interpretationes locorum aliquot Eurip. Excud. H. Stephanus, ill. viri Huldrichi Fuggeri typographus.*

Post titulum est index fabularum. Sunt vero hae: *Eur. tr. Hecubae et Iphig. in Aul. interpretatio carmine Des. Erasmi, Medeae et Alcestidis Ge. Buchanani, Soph. Aiacis, Antig. Electrae Ge. Rotalleri* (sic). In exemplo, quo utor, nulla est Aeschyli tragoedia, cui interpretationem ad verbum factam a Matth. Garbitio adiectam index commemorat. Post Soph. Electram sequuntur Eur. Hec. Iphig. Aul. Medea, gr. cum interpret. ad verbum facta.

1571. *Εὐριπίδου τραγῳδίαι ιθ'. Eur. trag.* XIX. *in quibus praeter infinita menda sublata, carminum omnium ratio hactenus ignorata nunc primum proditur: opera Gul. Canteri Ultraiect. Antwerpiae. Ex offic. Chrph. Plantini.* 12.

Negari non potest, Canterum multa menda edd. Hervag. sustulisse, qua in re et H. Steph. et Brodaei annotationibus

*) Hic versus est Erasmi.
**) *Troico emisit solo* est ab Erasmo.
***) Uterque versus est Erasmi.

aliquantum se adiutum esse in Prolegomenis fatetur, multa etiam in notis emendasse ad calcem editionis subiectis; plura tamen correxisset, si ed. Aldiuam inspexisset; lyrica ad Hephaestionis praecepta rectius saepe digessit. Notae numeris notatae sunt, quae numeris in margine textus positis respondent. Non tamen ita de Eur. mihi quidem meruisse videtur Canter., ut novam editionum classem ducere cum Harlesio in Fabric. Bibl. gr. T. II. p. 261. dici possit.

1597. *Εὐριπίδης. Euripidis tragoediae* XIX. *Accedit nunc recens vigesimae, cui Danae nomen, initium, e vetustis Bibl. Palatinae membranis, Graece iunctim et Latine. Latinam interpretationem M. Aemilius Portus, F. P. C. F. passim ita correxit et expolivit, ut nova facie, nitidoque cultu nunc primum in lucem prodeat. Carminum ratio ex Gul. Cantero diligenter observata, additis eiusdem in totum Euripidem Notis. Heidelbergae, typis Hieron. Commelini.* II Voll. 8.

Textus est Canteri, nisi quod menda nonnulla, quae ex Hervag. in Canter. fluxerant, sublata sunt, ut Hec. 459. recte habet *ἄνεσχε* pro *ἄνεσσε*, Orest. 1031. *οὐκ* delevit, servato tamen *πορθεύμονο'*. In quo mirum, Aemilium Portum, cuius epistola dedicatoria ad Ge. Lud. ab Hutten scripta Heidelbergae Cal. Septembr. 1597. editioni praefixa est, in notis editioni subiectis vitiosas illas lectiones explicare conari. In hac primum editione numeri versuum in margine appicti sunt, iidemque notis Canteri praefixi. Codex Palatinus, e quo editum est Danaes fragm., est Rom. C. Vid. Elmsl. ind. codd. p. 6. Interpretatio latina est Dorothei Camilli, a Porto correcta vel immutata, non C. Stiblini, ut scribit Elmsl. in *Quart. rev.* 1812. nr. 14. p. 455. Aem. Porti notae in meo exemplo subiectae non suum titulum habent, sed paginas et folia ab initio numerata. Has primum prodiisse ex offic. Commel. 1599. scribit Harles. ad Fabric. Bibl. gr. T. II. p. 261. quam editionem equidem non vidi.

1602. *Εὐριπίδου τραγῳδιῶν ὅσα σώζονται. Euripidis tragoediae quae exstant. Cum latina Guil. Canteri interpretatione. Σχόλια τῶν πάνυ δοκίμων εἰς ἑπτὰ τραγῳδίας τοῦ Εὐριπίδου συλλεγέντα — — scholia doctorum virorum in septem Eurip. tragoedias, ex antiquis exemplaribus ab Arsenio Monembasiae archiepiscopo collecta. Access. doctae Io. Brodaei, Guil.*

Canteri, Casp. Stiblini, Aemil. Porti in Eurip. annotationes. Cum indice. necessariis. Excud. P. Stephanus. 4.

Vid. Fabric. Bibl. gr. T. II. p. 262. ed. Hall. Equidem hanc editionem non usurpavi.

1630. *Eurip. tragoedia Phoenissae, emendata ex MSS. et latina facta ab Hug. Grotio. Paris.* 8. repetita Amstelod. 1631. 8.

Vide Valcken. Praef. Phoen. p. VII sq.

1694. *Εὐριπίδου σωζόμενα ἅπαντα — — Euripidis quae extant omnia: Tragoediae nempe XX, praeter ultimam, omnes completae: item fragmenta aliarum plus quam LX tragoediarum et epistolae V nunc primum et ipsae huc adiectae: scholia demum doctorum virorum in septem priores tragoedias, ex diversis antiquis exemplaribus undiquaque collecta et concinnata ab Arsenio Monembasiae Archiepiscopo — — Opera et studio Iosuae Barnes. S. T. B. Emmanuelis collegii apud Cantabrigienses Socii maxime senioris. Cantabrigiae ex officina Johann Hages, typographi. Impensis Richardi Green bibliopolae Cantabr.* fol.

Severum, sed iustum de hac ed. iudicium tulit Valck. Praef. Phoen. p. VIII. Idem Phoenissas separatim edidit Lond. 1715. 8.

1703. *Eur. Medea et Phoenissae, gr. et lat. eum scholiis graecis integris nonnullisque ad Phoen. e MS.* (nim. C. C. C.) *nunc primum editis, studio Wilhelmi Piers, qui vitam Euripidis recens a se scriptam et notas variasque lectiones adiecit.* Cantabr. 8.

1726. *Eurip. Hecuba Orest. et Phoen. collatis decem msstis textum et scholia emendavit, scholiis ineditis, versione elegantiore, notis perpetuis et dissertatiunculis de metro tragico auxit et illustravit Io. King.* Cant. 8.

1748. *Eur. Hec. Or. Phoen. cum scholiis antiquis ac versione notisque Io. King fere integris; curante Th. Morell: qui Alcestin adiecit cum scholiis quae extant, nova versione et notis perpetuis. In usum scholae Etonensis. Londini.* II Voll. 8.

Codd. quos King. contulit, sed fere ita tantum, ut scholia inedita excerperet, reliqua suppleret et emendaret, sunt Bodl. quos septem numerat, K. et R. tum C. C. C. In choricis imprimis elaboravit, sed codici K. nimis addictus, *reliquis plerisque neglectis lectionibus, quibus elimari potuerant Euripi-*

dea, quasque magni redemissent Euripidis studiosi, inquit Valck. Praef. Phoen. p. IX. Versio est Aem. Porti, hic illic leviter refecta imprimis e Dorothei Camilli interpretatione.

1755. *Εὐρ. Φοίνισσαι. Eur. tragoedia Phoenissae. Interpretationem addidit H. Grotii; Graeca castigavit e MSS.; scholia, partim nunc primum evulgata, subiecit Ludov. Casp. Valckenaer. Franequerae.* 4.

Praestantissima hac editione Valck. recte dici potest primus signum sustulisse ad Euripidem, omnino Tragicos, recte emendandos et interpretandos.

1763. *Εὐρ. Ἱκέτιδες. Eur. drama Supplices mulieres, ad Codd. MSS. recensitum, et versione correcta, notis uberioribus illustratum. Accedit de Graecorum quinta declinatione imparisyllabica, et inde formata Latinorum tertia, quaestio grammatica. Cum explicatione locorum aliquot ex auctoribus Graecis et Latinis.* Londin. 4.

Editio Ier. Marklandi, longe quidem inferior Valckenaeriana Phoenissarum, sed tamen inter praestantissimas numeranda. Repetita est Lond. 1775. 8. notis textui subiectis et omissa explicatione auct. Gr. et Lat. Cf. ad ann. 1811.

1768. *Εὐρ. Ἱππόλυτος. Eur. tragoedia Hippolytus, quam, Latino carmine conversam a Georgio Ratallero, adnotationibus instruxit Lud. Casp. Valckenaer. Lugd. Bat.* 4. Subiecta est *Lud. Casp. Valckenari diatribe in Eurip. perditorum dramatum reliquias.* Lugd. B. 1767.

1771. *Eur. dramata, Iphigenia in Aulide et Iphigenia in Tauris. Ad codd. mstos recensuit et notulas adiecit Ier. Markland. Londin.* 8.

Recusa est Lond. 1783. 8. at vitiose. Cf. ad ann. 1811.

1778. *Εὐριπίδου τὰ σωζόμενα. Euripidis quae extant omnia. Tragoedias superstites ad fidem Vett. Edd. Codd. MSS. cum aliorum, tum praecipue Bibliothecae Regiae Parisiensis recensuit: fragmenta Tragoediarum deperditarum collegit: varias lectiones insigniores notasque perpetuas subiecit: interpretationem Latinam secundum probatissimas lectiones reformavit Sam. Musgrave, M. D. Accedunt Scholia graeca in septem priores tragoedias ex optimis et locupletissimis editionibus recusa. Oxonii e typographeo Clarendoniano.* IV Voll. 4.

Splendida editio, sed mendis typographicis nimium inquinata.

Tragoediae ipsae tribus continentur prioribus voluminibus, ad calcem cuiusque voluminis animadversionibus adiectis Musgravii, in tertio quidem addito supplemento notarum in omnes tragoedias a p. 507. et fragmentis perditarum tragoediarum: quarto comprehenditur Latina versio vulgaris, ab editore multis locis castigata, et Scholia antiqua et olim edita et a Kingio ac Valcken. suppleta. Codicibus usus est Ask. Cott. Ia. Paris. 1. 2. 4. 5. 8. 10. sed eos, ut editiones antiquas, paulo negligentius contulit. Animadversiones nec multae nec longae; in coniecturis effundendis ingenio et doctrina abutitur.

Eodem anno prodierunt *Eurip. trag. ex ed. Ios. Barnesii recusa et aucta appendice observationum e variis doctorum virorum libris collecta. Lips. sumtu Suikerti.* III. Voll. 4.

Tom. III. continet *Sam. Musgravii notas integras in Eurip. Acc. praeter lectionis varietatem scholia auctiora, commentationes et animadversiones virorum doctorum excerptae et index verborum copiosus. Curavit Chrst. Dan. Beckius.* Lips. 1788.

1779. *Sophoclis Electra et Euripidis Andromache ex optimis exemplaribus emendatae. Argentorati.* 8.

Edidit et notas in Andromachen addidit Brunck., praefatus est Io. Schweighaeuser.

Eod. a. *Sophoclis Oedipus tyr. et Euripidis Orestes ex optimis exemplaribus emendati. Argentorati.* 8.

Eod. a. *Aeschyli tragoediae Prometheus, Persae, et Septem ad Thebas, Sophoclis Antigone, Euripidis Medea, ex optimis exemplaribus emendatae. Argentorati.* 8.

Eod. a. *Πενταλογία s. trogoediarum graecarum delectus cum adnotatione Io. Burton. Ed. altera, cui observationes indicemque graecum longe auctiorem et emendatiorem adiecit Thom. Burgess. Oxonii.* II. Voll. 8.

Insunt Sophoclis Oed. tyr. Oed. Col. Antigone, Eurip. Phoenissae, Aeschyli Septem contra Th.

1780. *Euripidis tragoediae quatuor, Hecuba, Phoenissae, Hippolytus et Bacchae ex optimis exemplaribus emendatae. Argentorati.* 8.

1792. *Eur. tragoediae, drama satyr. et fragm. gr. ad opt. libros rec. Chr. Dan. Beckius. Acc. animadv. perpetuae et glossarium.* T. I. *Hec. Or. Ph. Med. Regiomonti et Lips.* 8.

1794. *Tragoediarum delectus: Hercul. fur. Alcestis, Euripideae: et Trachiniae, Sophoclea: in scholarum usum: edidit et illustr. Gilb. Wakefield. A. B. Tom. I. Lond. typis E. Hodson: impensis Egerton, Whitehall; ubi veneunt.* 8.

Tomo posteriore continentur: *Ion Euripidea, Philoctetes Sophoclea et Eumenides Aeschylea.*

De hoc libro vid. *Criseos Wakefieldianae censura* (auct. Schütz) Ienae 1796. 5 proluss.

1797. *Hecuba ad fidem MSS. emendata et brevibus notis instructa. Edid. Ricard. Porson. Lond.* 8. repetita *Cantabr.* 1802. 8. cum supplemento praef. et additamentis. *Lond.* 1808.

Ad ed. pr. spectat *Gilb. Wakefield. in Euripidis Hecubam Londini nuper publicatam diatribe extemporalis.* Lond. 1797. 8. Cf. *Monthly review* 1799. Tertiae editionis censura est in *Edinburgh rev.* n. 37. p. 64 sqq.

1798. *Eur. Orest. ad fidem MSS. emendat. et brevibus notis instructus. Edidit Ric. Porson.* Lond. 8. repet. 1811.

1799. *Eur. Phoen. ad fidem MSS. emendatae et brevibus notis instructae. Ed. Ric. Porson.* Lond. 8. et 1811.

1800. *Eurip. Hecuba. Godofr. Hermanni ad eam et ad R. Porsoni notas animadversiones. Lips.* 8.

1801. *Eurip. Medea ad fidem MSS. emendata et brevibus notis instructa. Edid. Ric. Porson. Cantabr.* 8.

Porsonianas editiones in unum corpus collegit Godofr. H. Schaefer: *Eurip. tragoediae. Ad fid. MSS. emend. et brev. notis emendationum potissimum rationem reddentibus instr. Ed. Ric. Porson. Ed. altera correctior indicibusque locupletissimis aucta. Tom. I. Hec. Or. Ph. Med. Lips.* 1802. 8. quae editio multo auctior et ipsius Porsoni et Schaeferi annotationibus prodiit ib. 1807. 8. Dolendum est, Porsonum non omnes Eur. tragoedias eadem, qua priores quatuor, cura expolivisse. Erat enim in eo summa doctrinae accuratae et promtae copia, exquisita linguae graecae, imprimis sermonis Tragicorum, peritia, mira in odorandis vitiis sagacitas, singularis ad id, quod cuique rei, loco, personae aptum esset, inveniendum solertia, ad haec eximia gravitas et constantia, qua haud facile, nisi ponderatis momentis omnibus, quidquam novaret, ut eum omnibus, qui in eodem opere versati sunt, etiam Valckenaerio longe praeferam. Illud unum aegre feras, eum non omnia

metra perinde ut iambicos, trochaicos, anapaesticos versus, cognita habuisse.

1807—15. *Euripidis dramata et fragmenta fabularum deperditarum. Edidit, scholiis, versione lat. observationibus et lexico graecitatis Euripideae illustr. E. Zimmermann. Francof. ad Moen.* IV Voll. 8.

Tom. IV. P. 1. 1815. fragm. et scholia in Hec. et Orest. ex codd. Augustanis aucta continet. In textu Brunckium et praecipue Bothium secutus esse videtur; nonnunquam ipse per se textum corrigere tentavit, unde versus prodierunt, quales hi sunt Iphig. Taur. 116.

οὐ μέντοι μακρὰν ἀπελθῶμεν (sic) *τῆσδ' ὁδοῦ,*
ἐκ τερμάτων ὡς νόστον τυχῶμεν πάλιν.

Eod. a. *Εὐριπίδου Τρῳάδες. Eur. Troades partim Codd. MSS. partim ope coniecturarum emendata. Subiicitur appendix, in qua carminibus Euripideis, quae vulgo habentur monostrophica, verus et vetus ordo nunc demum restituitur studio G. Burges A. B. Trin. Coll.* Cantabr. 8. mai.

Burges. est homo multae lectionis, sed nullo iudicio digestae, in emendando autem audaciae et temeritatis vix ferendae. Severe de hac edit. iudicavit V. D. in *Quarterly rev.* V. p. 167 sqq.

1809. *Εὐρ. Φοίνισσαι. Eurip. Phoenissae cum notulis edidit G. Burges. Londini. Veneunt apud W. H. Lunn.* 8. min.

Severa huius edit. censura exstat in *Quarterly rev.* V. p. 181 sqq. Contra laudatur illa in *Classic. journ.* I. p. 129. et contra *Qu. rev.* defenditur ib. II. p. 314. ut nunc solent illi homines non, quid verum sit, spectare, sed quid Oxoniensis, quidve Cantabrigiensis dixerit. Addenda ipse Burges. dedit in *Classic. journ.* n. 2. p. 263.

1810. *Euripidis Hercules furens. Recensuit Godofr. Hermannus. Lips.* 8. min.

Docte et acute de hac editione iudicavit P. Elmsleius in *Classic. journ.* n. 15. p. 199 sqq.

1811. *Euripidis Supplices. Recensuit Godofr. Hermannus.* Lips. 8.
Huius quoque ed. docta et accurata censura est P. Elmsleii in *Classic. journ.* n. 16. p. 417 sqq. n. 17. p. 49 sqq.

Eod. a. *Εὐριπ. Ἱκέτιδες. Eur. Supplices mulieres cum notis Ier. Marklandi integris et aliorum selectis. Acc. de Graecorum quinta decl. imparis. — quaestio gramm., explicationes ali-*

quot auctorum, epistolae quaedam ad D'Orvillium datae cum indicibus necessoriis. Vol. I. *Oxonii.* 8.

Εὐριπ. Ἰφιγέν. ἡ ἐν Αὐλ. καὶ ἡ ἐν Τ. Eurip. Iph. in A. et in T. cum notis Ier. Marklandi integris et aliorum selectis. Acc. — — — Vol. II. ibid. 8.

Curasse hanc editionem dicitur Gaisfordius, qui etiam edidit *Eurip. Suppl. mul. ex optimis exemplaribus expressa cum variarum lectionum delectu in usum scholarum. Oxonii* 1809. 8. Censura eius edit. est in *Quart. rev.* n. 14. p. 441 sqq. n. 15. p. 227 sqq. auctore P. Elmsleio. Praeter notas Musgravii adiectae sunt nonnullae Porsoni partim ex eius adversariis petitae.

1812. *Eurip. Troades. Ad optimorum librorum fidem recensuit et brevibus notis instruxit Aug. Seidler. Lips.* 8.

1813. *Εὐρ. Ἡρακλεῖδαι. Eur. Heraclidae ex recens. P. Elmsley A. M. qui annotutiones suas et aliorum selectas adiecit. Oxonii.* 8.

Vid. de egregia hac editione Blomfield. iudicantem in *Quart. rev.* Vol. IX. n. 18. p. 344 sqq. et alium V. D. observationes satis leves afferentem in *Classic. journ.* n. 14. p. 302. n. 16. p. 391.

Eod. a. *Εὐρ. Ἱππόλυτος Στεφανηφόρος. Eur. Hippol. coronifer. Ad fidem MSS. ac veterum edd. emend. et annotationibus instruxit Iac. Henr. Monk A. M. Coll. SS. Trinit. socius et graec. lit. op. Cantabrig. Prof. Regius. Ed.* II. *Cantabrig.* 8 mai,

Censura huius ed. est in *Quarterly rev.* n. 15. p. 215 sqq. auctore Blomfield. alia in *Classic. journ.* n. 9. p. 193 sqq. n. 11. p. 74 sqq. auct. Burges.

Eod. a. *Eurip. Electra. Ad optimorum librorum fidem recensuit et brevibus notis instruxit Aug. Seidler. Lips.* 8.

Praef. scripta est die 20. Jan.

Eod. a. *Eurip. Iphigenia in Tauris. Ad optimorum librorum fidem recensuit et brevibus notis instruxit Aug. Seidler. Lips.* 8.

Praef. scripta est mense Augusto exeunte.

1816. *Εὐρ. Ἄλκηστις. Eur. Alc. Ad fidem MSS. ac veterum edd. emendavit et annotationibus instruxit Iac. Henr. Monk, A. M.* etc. *Acc. Ge. Buchanani versio metrica. Cantabrig.* 8. mai.

Vid. *Quarterly rev.* Vol. XV. n. 29. p. 112 sqq.

1818. *Εὐρ. Μήδεια. Eur. Med. In usum studiosae iuventutis recensuit et illustravit P. Elmsley, A. M. Oxonii.* 8. mai.

Censura huius ed. auctore Hermanno est in *Classic. journ.* XIX. p. 267 sqq. quam nondum vidi.

1819. *Εὐρ. Μήδεια. Eurip. Med. Edidit cum suis ad eam adnotationibus Io. Lenting, Gymn. literarii, quod Zutphaniae est, Rector. Zutphaniae.* 8. mai.

Hanc editionem demum accepi, quum notae ad Med. typis iam descriptae essent.

NOTAE IN HECUBAM.

Argum. I. Thomae Mag. adscriptum exstat in Ald. rell. et Flor. 21. primum omissum a Brunckio. Ex eo ductum brevius habet Havn.

l. 2. Havn. ἧς ἦρχε Πολυμ. Idem sqq. omittit, et ita pergit: ἔνθα καὶ φανεὶς Ἀχιλλεὺς ἐπέσχε τοὺς Ἀχ. l. 6. hinc mox αἰτῶν pro αἰτοῦν.

l. 7. Havn. τὴν παῖδα Πριάμου Πολυξένην γέρας αὐτῷ δοθῆναι. αὐτῷ etiam Ald. Brub. Herv. 1. 2. Cant. Musgr. αὑτῷ Barn. cui nollem obsecutus essem. Verba τὴν καὶ πρότ. κατεγγ. usque ad ἔμελλε Πρίαμος om. Havn.

l. 10. 11. Verba ὧν εὖ ἐπ. usque ad τοῦ ἀνδρὸς om. Havn.

l. 12. τὴν Πολυξένην. Havn. αὐτήν.

l. 13. Havn. ἔπεμψαν δὲ καὶ Ὀδυσσέα πρὸς Ἑκάβην, omissis verbis τὴν μητέρα αὐτῆς.

l. 14. Havn. ὡς ἂν τὴν παρθένον λάβοι, et pergit: ὃς καὶ παραγενόμενος ἔλαβεν αὐτήν. σφαγείσης δέ etc. om. vv. καὶ τῷ ποιχ. usque ad τὸ ζῆν παρ᾽ ἀξίαν.

l. 19. τῆς παρθένου. Havn. αὐτῆς.
θεραπ. αὐτῆς. Sic Havn. Barn. αὐτῆς Ald. rell.

l. 20. ἐφ᾽ ᾧ. Havn. ὥςτε ὕδωρ ἐκεῖθεν κομίσασθαι.

l. 21. sqq. ἁλοῦσαν γάρ κ. τ. λ. Havn. post κείμενον, ὃν ὁ πατὴρ Πρίαμος μετὰ πολλοῦ χρυσοῦ ἔπεμψε πρὸς

Πολυμήστορα λάθρα· ὃς ἐπεὶ ἁλοῦσαν τὴν Τροίαν ἔγνω, σφάξας αὐτὸν ἔῤῥιψεν ἐν τῇ θαλάσσῃ, ὡς ἂν αὐτὸς ἔχῃ τὸν χρυσόν. ὡς οὖν κ. τ. λ.

Folio verso l. 3. vv. *κείμενον ἐπ' ἀκταῖς* et *καὶ τῷ πέπλῳ εἱλίξασα* om. Havn.

l. 4. *τὴν* ante *Ἑκάβην* om. Havn. et pergit: *καὶ τὸν Πολύδωρον γνοῦσα ἀθλίως τε ἔσχε*, om. *τὸν τῆς Πολυξ. ν.* usque ad *ἔγνω Πολύδ.*

l. 6. *ἀμυνῆται.* Hoc quoque e Barnesiana, cuius exemplum Lipsiense typis exscribendum dederam, haesit: nam Ald. rell. Havn. *ἀμυνεῖται.* recte.

l. 7. *τοιόνδε.* Havn. *τοιάδε*, et om. vv. *κοινωσ.* — *Ἀγαμέμνονι.*

l. 8. Post *πέμπει* in Havn. legitur *π*[a] i. e. *παρά*, ortum e var. lect. sq. *πρὸς τὸν Πολυμ.* ut habet pro *ὡς τὸν Πολ.*

l. 9. 10. *περί — κοινώσασθαι* et l. 10. 11. 12. *ἀγνοῶν — ὑποκλαπείς* om. Havn. Ad *τισιν* in marg. Herv. 2. quae est in bibl. Cizensi, V. D. adscripsit *ἐλπίσιν.*

l. 14. *μηνύσῃ.* Havn. *δείξῃ.*

l. 15. *ὡς ἄν. ἄν* om. Havn.

l. 16. *ἐκέκρυπτο δέ.* Pro his Havn. *ὃν καὶ εἰσελθόντα σὺν ταῖς γυναιξὶν, ὧν πλῆθος ἔνδον ἐκρύπτετο, τῶν ὀφθαλμῶν τε στερεῖ κ. τ. λ.*

l. 22. *σχοῦσα.* Havn. *ἔχουσα.*

Argum. II. e regiis membranis primus dedit Brunck. rec. Porson. Idem est in Flor. 9. 18. 33. et Guelph.

l. 1. *εἰς τὴν ἀντιπ.* Flor. 9. 18. om. *τὴν.* Flor. 33. *εἰς τὰ ἀντίπερα.*

l. 10. *ἐκριφέντος.* Flor. 9. 18. *ἐκριφθέντος.*

l. 14. *ὡς θησαυρούς.* Flor. 9. 18. Gu. *ὡς ἵνα θησ.*

l. 15. *παραγενομένῳ.* Sic Gu. pro *παραγενομένου.*

l. 18. *ἀλλ' ἀμύνασθαι.* Gu. *ἀλλὰ μήνασθαι.*

Ante hoc argumentum Flor. 33. haec habet: *Εὐριπίδης*

ὁ ποιητὴς υἱὸς ἦν Μνησαρχίδου καπήλου, Ἀθηναῖος τὸ γένος. ἤκμαζε δὲ κατὰ τὴν με̄ Ὀλυμπιάδα ἐπὶ Καλλίου ἄρχοντος. φασὶν αὐτὸν καὶ ζώγραφον γενέσθαι. εἰσὶ δὲ τὰ ποιήματα αὐτοῦ δράματα ϟβ. ζήσας δὲ ἐν εὐδομήκοντα (leg. ἐφ᾽ ἑβδομ.) ἔτη ἐτάφη ἐν Μακεδονίᾳ. quae sumta videntur e Θωμᾶ τοῦ Μαγίστρου σύνοψις βίου Εὐριπίδου. Tum sequitur

Ὑπόθεσις περὶ τῆς Ἑκάβης στίχοι τοῦ Τζέτζου,
Εὐριπίδου τοῦ ποιητοῦ.

Πολύδωρον Ἑκάβης τε καὶ τοῦ Πριάμου παῖδα
ὁ Πολυμήστωρ ἔκτεινεν ὁ τῶν Θρακῶν κατάρχων,
ἀφ᾽ οὗ τὴν Τροίαν ἔμαθεν Ἕλλησι πορθηθῆναι.
καὶ κτείνας εἰς τὴν θάλασσαν ἔῤῥιψε τὴν ἐκεῖσε,
καίπερ λαβὼν παρὰ πατρὸς ὅπως αὐτὸν φυλάττῃ.
Ἑκάβης αἰχμαλώτου τε οὔσης ἐν Χερονήσῳ· —
ἐκεῖ γὰρ καὶ τὸ στράτευμα ὑπῆρχε τῶν Ἑλλήνων· —
ὄναρ φανεὶ Πολύδωρος τῇ σφῇ μητρὶ Ἑκάβῃ,
τὸ πῶς αὐτὸν ἀπέκτεινεν ὁ Πολυμήστωρ, λέγει.
καὶ τὰ λοιπὰ δὲ σύμπαντα λεπτομερεῖ τῷ λόγῳ
οὕτω κατέπος λέγει δὲ διὰ τοῦ Εὐριπίδους.

In cod. 18. Abbatiae Florentinae, nunc Laurentiano, huiusmodi exstat argumentum:

Ὑπόθεσις Πολυδώρου.

Πολυμήστωρ ὁ τῶν Θρακῶν βασιλεὺς μετὰ τὴν Ἰλίου πόρθησιν ἕνα τῶν Πριαμιδῶν Πολύδωρον ἔσφαξεν, ὃν εἰλήφει παρακαταθήκην μετὰ χρημάτων παρὰ τοῦ Πριάμου· ὅτε καὶ Ἀχιλλεὺς νυκτὸς τοῖς Ἕλλησι ὁραθεὶς σφάγον ᾔτησε μίαν τῶν θυγατέρων Πριάμου. ἂν Ἕλληνες τιμῶντες Πολυξένην ἐσφαγίασαν. Τοῦ οὖν Πολυμήστορος τὸ τοῦ Πολυδώρου σῶμα εἰς τὴν θάλασσαν ἐμβαλόντος, κλύδων πρὸς τὰς τῶν αἰχμαλωτίδων σκηνὰς ἐξέβαλεν, ὃν Ἑκάβη θεασαμένη ἐπέγνω, ὅτι κατασχεῖν αὐτοῦ τὸν πλοῦτον Πολυμήστωρ βουλόμενος τοῦτον ἀπέκτανεν· καὶ κοινωσαμένη τὴν γνώμην Ἀγαμέμνονι μετακαλεῖται Πολυμήστορα σὺν τοῖς παισὶν αὐτοῦ, τὸ γεγονὸς κρύπτουσα, καὶ τοὺς μὲν ἀπέσφαξε, τοὺς δὲ τῆς ὁράσεως ἐστέρησεν.

Ἰστέον, ὅτι ὁ μὲν Εὐριπίδης ἐν τῇ ά καὶ γ́ καὶ έ χώρᾳ χρῆται δακτύλῳ, σπονδαίῳ, ἀναπαίστῳ, ἰάμβῳ καὶ χορείῳ, ἐν δὲ τῇ β́ καὶ δ́ δακτύλῳ, ἀναπαίστῳ καὶ ἰαμ-

βῳ, ἐν δὲ τῇ ς' ἰάμβῳ καὶ πυῤῥιχίῳ, ὁ δὲ Σοφοκλῆς καὶ Αἰσχύλος οὐχ οὕτως. διὰ τοῦτο καὶ τὸ ποιητικὸν μέγεθος φασὶ τὸν Εὐριπίδην ταπεινῶσαι.

V. 1. Ennii versus ap. Cic. Tusc. disp. I, 16. hinc expressos, emendarunt et illustrarunt Herm. ad h. l. et Osann in *Anal. crit. poesis Rom. scaenicae reliquias illustr.* p. 131 sqq. Prioris versus meminisse Demosth. pro cor. p. 89. et Hermogen. ἐν τῷ περὶ γλυκύτητος p. 329. et totum locum a Seneca Agamemn. in. expressum esse, annotat Aem. Portus.

σκότου. Etymol. Paris. ap. Bast. Append. ad epist. crit. p. 53. habet σκότους. Vid. Valck. ad Phoen. v. 380. Heindorf. ad Plat. Phaedon. p. 187 sq. Boissonadius: „De σκότου πύλαις Altmann dissertationem scripsit in Museo helvet. T. I. Vide et Bodenium ad Achillem Tat. V, 10. Elsnerum et Albertium ad Matth. 16, 18. Σκότος absolute pro infernis locis apud Libanium t. IV. p. 182. ἐπεὶ δὲ ἀπάγει τῆς ἐρημίας ἡμᾶς Ἀλκιβιάδης, καὶ κινδυνεύω μηκέτ' εἶναι Τίμων ἢ (cod. Paris. 3017. μηδὲ) μισάνθρωπος, ἐπὶ τὸν θάνατον καταφεύγω καὶ τὴν καλὴν ἐρημίαν τοῦ σκότους.“ Loca Comicorum et Luciani in Necyom. hinc expressa adscripsit Porson; idem laudat Χριστ. πάσχ. 1506. οἴχῃ νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας. et 2021 sq. ἐλθοις νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας λιπὼν, ἵν' ᾅδης χωρὶς ᾤκισται φάους.

V. 3. τῆς Κισσέως. vid. Porson.

V. 5. ἔσχεν Flor. 18, 21. 34. — δουρὶ Fl. 33. Vit.

V. 6. Grammaticus ap. Herm. de emend. rat. gr. gramm. p. 387. sic citat: λάθρα μ' ὑπεξέπεμψε Τρωικῆς χθονός. quare is v. 4. ὅς τ' pro ὅς μ' legisse videtur Osanno p. 128.

ὦ τέκνον, ὦ τέκνον ταλαίνας ματρός,	ἰώ μοι, ἰώ! ἐμὸς ἐμὸς ξένος
τίνι μόρῳ θνήσκεις; τίνι πότμῳ κεῖσαι;	Θρήκιος ἱππότας, ἵν' ὁ γέρων πατὴρ
πρὸς τίνος ἀνθρώπων;	ἔθετό νιν κρύψας.

στροφὴ ἑ.	ἀντιστροφὴ ἑ.
V. 686.	V. 689.
ΘΕΡ.	ΘΕΡ.
οὐκ οἶδ᾽· ἐπ᾽ ἀκταῖς νιν κυρῶ θαλασσίαις.	πόντου νιν ἐξήνεγκε πελάγιος κλύδων.
ΕΚ.	ΕΚ.
ἐν ψαμάθῳ λευρᾷ; ἔκβλητον ἢ πέσημα φοινίου δορός;	ὤ μοί μοι, αἶ αἶ. ἔμαθον ἐνύπνιον ὄψιν ὀμμάτων ἐμῶν.

Paulo aliter carmen constituit in elem. doctr. metr. pag. 766. Seidlerus unam tantum stropham v. 678—686, et unam antistropham v. 690 — 699 facit, vss. 673 — 677 προῳδοῦ, vss. 687. 8. 9. μεσῳδοῦ, vss. 700 — 706 ἐπῳδοῦ nomine complectitur. Vid. de vers. dochm. p. 233 sqq.

V. 705. Mosqu. A. B. τλήμων. Reliqua meri sunt librariorum errores.

V. 707. τοῦδε. Flor. 17. 25. Aug. a. Mosqu. A. C. D. τοῦ.

V. 709. Mosqu. A. σὴν παῖδα.

V. 710. Flor. 17. ἐξήγγειλέ μοι.

V. 711. οὖν om. Flor. 33. Hunc versum, quum canoni a se constituto repugnaret, Porson. Praef. ad Hec. p. XLI. ed. Lips. iuniorum sagacitati committebat. Itaque V. D. in *Quarterly Review* nr. 5. p. 396. em. οὐδ᾽ ἐψαύσαμεν, quod etiam a temporum ratione requiri dicit (*which the tenses require*), quod fateor me non intelligere. Cf. *Kidd misc. tracts* p. 194. Eo adhuc tempore, quo Hecubam alloquebatur Agamemnon, Graeci non tangebant Polyxenae corpus. Mosqu. A. ψαύωμεν.

V. 714. Mosqu. D. Havn. ἀποστελλῶν. Flor. 10. 25. ἀποστέλλων. Mosqu. A. ἀγγελῶν, cui superscriptum est μεταπεμψόμενος. Valcken. ad Phoen. 1327. scribendum suspicabatur ἥκω μεταστελῶν σε. Sed particula minus recte omittitur, inquit Pors., et ἀποστελῶν ad sensum melius. Quomodo melius esset, declaravit Brunck. *dimitti* Hecubam

ab Agamemnone, ut cadaver filiae tolleret et sepeliret, non de Hecuba deducenda illum cogitare. Potius, ut simplex στέλλειν, στέλλεσθαι est *arcessere* (vid. Brunck. ad Soph. Oed. T. 434.), sic compositum ἀποστέλλω. Soph. Oed. Col. 550. καὶ μὴν ἄναξ ὅδ' ἡμὶν Αἰγέως γόνος Θησεὺς κατ' ὀμφὴν σὴν ἀποσταλεὶς πάρα. Cf. v. 298.

V. 717. Ἀργεῖον Flor. 2. 17. Vict. Ἀργεῖοι Flor. 21. e corr. 10. 33.

V. 718. Mosqu. D. ἀγγέλουσί με.

V. 719. λέγω deest in Mosqu. D. Havn. Hunc versum habet Χριστὸς πάσχων 60. Eustath. ad Od. θ', p. 1584, 53. καί πως κατὰ τὴν τῆς τραγῳδίας Ἑκάβην εἰποῦσαν δύστην', ἐμαυτὴν γὰρ λέγω, λέγουσά σε, εἰπεῖν ἔχει καὶ ὁ ποιητὴς πρὸς ἑαυτόν· θεῖε ἀοιδέ, ἐμαυτὸν γὰρ λέγω ἐν οἷς χαρακτηρίζω τὸν Δημόδοκον. Cicer. or. 31, 110. *Cum dico me, te, Brute, dico.*

V. 720. Ἑκάβη om. Flor. 25. Havn.

V. 721. τοῦδ' om. Mosqu. A, Flor. 17.

V. 722. ἐκκλίνασα Flor. 17. Recte autem Scholia τί μοι προσώπῳ etc. explicant τῷ προσώπῳ μου. Sic Soph. Philoct. 747. sq. πρὸς θεῶν, πρόχειρον εἴ τί σοι, τέκνον, πάρα ξίφος χεροῖν, πάταξον —. Eur. Herc. f. 175. ἐν οἷς βεβηκὼς τοῖσι γῆς βλαστήμασιν Γίγασι πλευροῖς πτήν' ἐναρμόσας βέλη. Plura suppeditat Elmsley ad Eur. Med. 961. (Mus. crit. nr. V. p. 33.)

V. 723. δύρῃ Musgr. ex Hesychio, Brunck. Porson. Herm. pro ὀδύρῃ. Confirmat Flor. 21. in quo supra δύρῃ legitur ἤγουν ὀδύρῃ. ἔλλειψις τοῦ ο. Flor. 21[b]. ὀδύρει. King. coni. ὀδυνῇ (debebat ὀδυνᾷ), quod rec. Morell. Aliam emendandi viam ingressus est gramm. in Gu. (Vid. schol. p. 170. v. 723.) quamquam in cod. ipso est ὀδύρῃ. — τί ἐσθ' ὅδε Mosqu. D.

V. 725. ἄλγος ἂν προςθείμεθα Ald. rell. Sed Paris. A. Harl. MS. Reg. Soc. Aug. a. b. Flor. 6. 9. 18. 21. 33. 34. α. ἂν προςθείμεθ' ἄν, prout ed. Pors. In Havn. a pr. m. fuit προσθοίμεθ' ἄν, quod in προςθείμεθ' ἂν mutato, οι supra scriptum est. Mosqu. C. προθοίμεθ' ἄν. A. I.

Flor. 2. 21b. Vict. προςθείμεθ' ἄλγει. Flor. 17. πρ. ἄγει. Brunck. edidit ἅ. αὖ προςθ. ἄν. male.

V. 726. οὔτι Flor. 33. Mosqu. D. Havn.

V. 728. γε om. Fl. 33. Pro eo τε Flor. 17.

V. 730. εἴ τι Mosqu. A. B. C. Flor. 2. 17. Havn. Pro με Mosqu. D. μή.

V. 731. Mosqu. B. ἐς ταυτί.

V. 732. De τιμωρεῖν et τιμωρεῖσθαι cf. Segaar in Act. Soc. Trai. T. I. p. 89. Boisson.

V. 735. γονάτων Ald. Brub. Herv. 1. 2. Cant. Gu. Flor. 17. 21b. 33. Mosqu. A. B. Havn. γουνάτων edidit Barn. et sic Flor. 2. 6. 9. 18. 21. 25. 34. puto etiam Mosqu. C. D. et Aug. tres. Is. Vossius in ora libri sui annotavit τῶν τ' γουνάτων. Flor. 34. etiam ἱκετεύσω. De ἱκετεύειν τινὸς pro πρός τινος vid. Gramm. gr. §. 350. Canter. inter σε et τῶνδε posuit * signum lacunae. Hinc Aem. Portus coni. σε τῶνδε τῶν γονάτων, addens: Erit autem anapaestus in sexta sede, quod frequentissimum.

V. 736. δεξιᾶς δ' εὐδ. Flor. 34.

V. 738. Post ῥάδιον γάρ ἐστί σοι Flor. 33. addit τοῦτο. Dubito, an sensus sit, quem expressit Erasmus, *id facile contingit tibi*. Imo ῥάδιον γάρ ἐστί σοι μαστεύειν τοῦτο s. δεῖσθαι τούτου, *in promtu tibi est hoc a me petere*, ut 1223. τάχ' οὖν παρ' ὑμῖν ῥάδιον ξενοκτονεῖν.

V. 739. τοὺς κακοὺς γὰρ τ. Mosqu. C. δέ om. Flor. 25. Hos versus, qui post 738. leguntur, Vir doctus in *Classic. Journ.* 3. p. 610., quum observasse sibi visus esset, in Euripide ad binos versus binis item versibus, ad singulos autem singulis responderi, ita transponendos iudicavit: — ῥάδιον γάρ ἐστί σοι.

ΕΚΑΒΗ.

οὐδέν τι τούτων, ὧν σὺ δοξάζεις, ἄναξ,
οὐ δῆτα· τοὺς κακοὺς δὲ τιμωρουμένη
αἰῶνα τὸν ξύμπαντα δουλεῦσαι θέλω.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

καὶ δὴ τίν' ἡμᾶς εἰς ἐπάρκεσιν καλεῖς;

ΕΚΑΒΗ.
ὁρᾷς νεκρὸν τόνδ', οὗ καταστάζω δάκρυ.
non videns, hoc modo, tribus versibus inter duos 737. 738. et unum 741. positis, aequalitatem membrorum magis etiam corrumpi. Ut nunc legitur locus, versibus 737. 738., tanquam antistrophae cuidam, respondent 735. 736. qui quasi pro stropha sunt. Nam v. 735. demum orationem ad Agamemnonem convertit Hecuba. Tum sequitur stropha secunda 739. 740. 741. cui aptissime respondet antistropha 742. 743. 744. Similiter supra et ea, in quibus secum ipsa loqui incipit Hecuba 719. 20. 21. et ea, quibus desinit 732. 33. 34. non sine causa pari versuum numero adstrinxisse videtur poeta.

V. 740. τὸν om. Ang. b. Pro δουλεῦσαι Flor. 2. 25. 33. Vict. δουλεύειν, quod enotatum etiam e Dresd. i. e. Mosqu. D.

V. 741. ἐπάρκειαν Ald. rell. Gu. Aug. a. b. c. Havn. ἐπάρκεσιν MS. Reg. Soc. ap. Pors. I. M. N. Flor. 2. 25. 33. Vict. quod rec. Porson. Herm. Altera forma apud Tragicos non occurrit, ἄρκεσις ap. Soph. Oed. Col. 73. ἐπάρκεσις 447.

V. 742. οὐδὲν τι deest in Flor. 33. οὐδὲ τι Flor. 10.

V. 744. μέντι Mosqu. D. — ἔχω. Aug. b. ἔω. — μαθεῖν. Flor. 10. φράσαι. 33. φράσαι cum gl. μαθεῖν. Gu. μαθεῖν, supra quod scriptum est γρ. φράσαι.

V. 746. Vulgo ἔστιν δέ τις. Recepi scripturam Aug. a. Post v. 745. quaerere non poterat Agamemnon, an hic esset unus ex Hecubae filiis, sed quis esset. ὦ τλῆμον. Havn. ὦ γῦναι. sed sec. m. adscripsit γρ. τλῆμον. ὦ τλήμων Mosqu. A.

V. 747. τῶν οὐ θαν. edidit Brunck. quum minus concinne legi videretur οὐ τῶν θ. Inepte. Si Polydorus unus est τῶν οὐ θανόντων ὑπ' Ἰλίῳ, superstitum unus est, ut bene monuit Herm. — ἐν Ἰλίῳ Flor. 10. I. (vid. Pors. ad v. 1136.)

V. 748. ἢ Mosqu. A.

V. 750. Vitium edit. Musgr. ποῦ δ' ἂν ἐτ. est etiam in Florr. 2. 6. 9. 25. — πόλις Mosqu. D.

V. 752. ποῦ Flor. 25.

V. 754. τῆσδε om. Harl. M. R. — Πολυμήστορα Ald. Brub. Herv. 1. 2. Cantor. et Florr. 6. 9. 21[b]. 25. 33. 34. Mosqu. A. C. Aug. a. b. c. Correxit Barn. Is. Vossius autem notavit Πολυμήστωρ. Correctionem confirmant Cant. M. a m. 1. N. Flor. 2. 10. 17. 18. 21. Mosqu. B. D. In Gu. α est Πολυμήστωρ.

V. 756. καὶ τίνος τυχὼν πότμου Flor. 10.

V. 757. τίνος γ' ὑπ' ἄλλου. Sic Ald. rell. Florr. 2. 6. 9. 10. 18. 21. 34. Mosqu. B. C. Aug. a. b. c. τίνος δ' ὑπ' ἄ. Flor. 25. 33. Havn. Γ γ' om. Mosqu. A. D. Flor. 17. 21[b]. Gu. ex quo non magis quidquam sequitur, quam ex eo, quod v. 765. eadem particula in B. D. omissa est.' Porson. tamen colorem hinc petit coniecturae suae, τίνος πρὸς ἄλλου, addens γε nihil ad sensum aut elegantiam conferre. Quod falsum est; γε, ut saepe, vim addit praecedenti τίνος, et τίνος γ' ὑπ' ἄλλου fortius negat, quam τίνος ὑπ' ἄλλου, sicut οὐδ' ὑφ' ἑνὸς ἄλλου gravius est quam ὑπ' οὐδενὸς ἄλλου. Eadem de causa Elmslei. ad Med. p. 287. not. legi posse dicit οὔτινος ὑπ' ἄλλου, sine interrogatione. τίνος πρὸς ἄλλου melius quidem quaestioni respondet, sed non semper in responsionibus auxie servatur verbum, quod praecesserat.

ὤλεσε. Aug. a. ἔσωζε.

V. 758. λαβεῖν. Flor. 10. λαβών. Lib. P. λάβων.

V. 761. π. ἀλὸς ἔπι Flor. 2. Vict.

V. 762. μαστεύουσ' Ald. rell. Flor. 6. 9. 10. 17. 18. 21. 21[b]. 33. Gu. Mosqu. A. B. C. Havn. Correxit Barn. et ματεύουσ' recte habent Mosqu. D. C. C. C. Flor. 2. 34. Vict. Aug. tres. μαντεύουσ' Flor. 25. Ad πονοῦσ' ἄ. πόνον Boisson. annotavit: Vid. Gregor. Cor. dial. Att. §. 1. et ibi notas.

V. 765. θαλασσόπλακτον Mosqu. A. C. D. Gu. Flor. 21. θαλασσόπλαγκον Flor. 18. — γ' om. Mosqu. A. D. Aug. b. Gu. Flor. 6. 9. 17. 18. 21[b]. 33. 34. Havn.

V. 767. Mosqu. C. κοὐδὲν Ἀγάμ. λοιπὸν κακῶν. Mosqu. B. κακόν. Gu. Flor. 6. 9. κακῶν (ον).

V. 768. γυνή. Flor. 25. γῦναι.

V. 769. λέγοις Ald. rell. Flor. 2. 10. λέγεις Mosqu. A. B. C. D. (in A. superscr. εἴπῃς) Aug. a. b. c. Gu. Flor. 6. 9. 17. 18. 21. 21b. 25. 33. 34. Havn. (in quo supersc. var. l. λέγῃς.) quod ortum esse videtur ab eo, qui post praesens indicativi alium indicativum sequi debere arbitrabatur. Certe vix probabile λέγεις a librario mutatum in λέγοις. Optime Erfurdt. ad Soph. Oed. Tyr. 664. ed. min.: Optativi προςάψειε haec vis est, ut res enuncietur, tanquam quae cogitari quidem possit, sed exspectari non debeat. Cf. Gramm. gr. §. 524. 3. Ad sententiam Brunck. iam comparavit Terent. Adelph. IV, 7. Porson. illud Trabeae ap. Cicer. Tusc. disp. IV, 31. *Fortunam ipsam anteibo fortunis meis.* Boissonad. Plaut. Asin. II, 2, 1. *Ubi ego nunc Libanum requiram aut familiarem filium, Uti ego illos lubentiores faciam, quam Lubentia 'st.*

V. 771. καὶ μὲν Flor. 33. Aug. c. δοκῶ παθεῖν Flor. 10. Aug. a. — ὅσια. Quam instituit τοῦ ὁσίου et τοῦ δικαίου distinctionem Scholiastes, sumere potuit ex Platonis Euthyphrone §. 13. et 14. Fisch. Boisson.

V. 772. σύ μου γενοῦ Flor. 21. ex emend.

V. 774. τοὺς ante γῆς om. Mosqu. B. C. Pro eo τῆς Aug. b. c. Flor. 34. τῆς et superscr. m. sec. τοὺς Flor. 33. — ἔνερθεν Mosqu. D. — τοὺς ἄνωθεν Aug. c.

V. 776. πολλάκις om. Mosqu. A.

V. 777. Hunc versum variis modis emendare studuerunt editores. Primum Musgr. em. ξένιά τ', *dona hospitalia,* quod ad τυχὼν refert, Beckius distinctionem post ἐμοὶ sublatam post ξενίας ponit. Utrumque frigidum nec necessarium, neo attingit ipsam difficultatem, quae est in verbis πρῶτα τῶν ἐμῶν φ. pro τὰ πρῶτα. Hoc videns Brunckius e Paris. A. edidit τὰ πρῶτα τῶν ἐμ. φ. vid. ipsum ad Orest. 1251. ubi recentiorum canonem de anapaestis exsibilari iubet, ipse ob canonem istum neglectum ita exsibilatus, ut vix amplius audiatur. Unus locus est, in quo articulus omissus videri possit, in Aesch. Pers. 855. allatus ab Hermanno, πρῶτα μὲν εὐδοκίμου στρατιᾶς ἀπεφαινόμεθα. qui tamen locus ipse dubitationem habet. Blomfield. quidem in gloss. ad v. 864. explicat πρῶτα μέν, *primum quidem;*

recte. Neque ex eo vulgatae lectioni praesidium petere vult Herm. quum Aeschyli saepe antiquior sermo sit quam reliquorum tragicorum. Porson. genuinam lectionem esse censet πρῶτος ὢν ἐμῶν φίλων. Pro hoc quum scribi coeptum esset πρῶτος ὢν τῶν ἐμ. φ. vel πρῶτος τῶν ἐ. φ., aliquem metri studiosum vulgatam inde lectionem effinxisse, nec quidquam proclivius esse quam α pro ος scribi. Contra quae recte monuit Herm. vix credibile esse, quemquam a vulgatae lectionis vestigiis tantum discedere, quam, quod in promtu erat, articulum delere maluisse. Quod vero Porson. Hemsterhusii ad Arist. Plut. p. 349. verbis utitur, ut lectiones leviter corruptas ulterius etiam depravatas esse probet, non cogitavit, Hemsterh. de vitiis iis loqui, quae librariorum imperitorum errore in libros invecta sint, non contendere, lectiones expeditas et in vulgari sermonis consuetudine positas sive inscitia sive doctrina librariorum ab exquisitioribus loquendi formulis expulsas esse. Itaque nec πρῶτος ὢν ἐμῶν φ. a poeta scriptum esse, a librariis autem in πρῶτα τῶν ἐμῶν φ. mutatum esse credibile est, nec πρῶτα τῶν ἐμῶν φ. genuinum esse potest tum propter omissum articulum, tum propter otiosum illud τῶν, tum, quod idem Porsonus monuit, quia, ubi duo membra coniunguntur, in quorum altero est participium, nec alterum participio ὢν carere potest. Herm. scribendum coniicit: ξενίας τε πρωτάριθμα τῶν ἐ. φ. et πρωτάριθμα, quod vocabulum nusquam occurrit, similis compositionis exemplo τοσουτάριθμον ap. Aesch. Pers. 430. tuetur. Mihi non haec sola difficultas esse videtur, sed haereo etiam in vocibus ξενίας ἀριθμῷ. Mitto explicationem scholiorum Florent. Herm. ξενίας ἀριθμὸν morem et ius hospitii significare posse dicit; cuius usus sive exemplum sive analogiam ac rationem requiro. Boissonad. haec annotavit: „Hesychius: ἀρθμήσαντε, φιλιωθέντες, δυϊκῶς. ὁμοίως καὶ ἀριθμήσαντες. Heinsius emendavit ἀρθμήσαντες, et ipse ad Eunapium p. 328. hanc emendationem sum amplexus. Sed potuit Hesych. ἀριθμήσαντες invenire eodem sensu positum ac ἀρθμήσαντες, id est, pro φιλιωθέντες. Etenim ἀρθμός, ἀρμός, ἀριθμός eandem radicem habent. Inde fere crediderim, ξενίας ἀριθμῷ idem esse atque ξενίας ἀρθμῷ, vertendumque *hospitalitatis vinculo* vel *nexu*." At quae eandem radicem habent, in antiquo quidem sermone epicorum vel lyricorum eandem etiam significationem

habere potuerunt, apud Atticos habuisse non sequitur. Rectius gl. Aug. c. apud Herm. Praef. Hec. p. XVI. *φιλίας*. *τῇ τάξει*. Etiam in sq. v. *λαβὼν προμηθίαν* non sine causa suspectum fuit Musgr. Explicat quidem Herm. *postquam curam in se receperat Polydori*, quae eadem explicatio est etiam in scholiis et, notante Boissonadio, expressa a Gallico interprete Bellino, et ab Ammonio; sed an *λαβεῖν προμηθίαν τινός* unquam hoc sensu inveniatur, vehementer dubito. Non magis eo significari puto, quod Erasmus expressit: *dolis praecogitatis filium occidit meum*. Praeterea nimis verbosa est tota haec hospitii cum Polymestora iuncti declaratio. Gravissimum est, quod v. 776. dicitur; nam violare *τοὺς ἅλας καὶ τὰς τραπέζας* summae impietatis erat; cum hoc comparata reliqua omnia iacent, imprimis v. 778. quo graviora autem fuerunt ea, quae praecesserunt, eo magis languent infirmiora, quae sequuntur. Itaque mea quidem sententia et gravior et venustior esset oratio, si, omissis versibus 777. 778., sic procederet:

ὅς οὔτε τοὺς γῆς νέρθεν, οὔτε τοὺς ἄνω
δείσας δέδρακεν ἔργον ἀνοσιώτατον,
κοινῆς τραπέζης πολλάκις τυχὼν ἐμοὶ,
ἔκτεινε, τύμβου δ', εἰ κτ. ἑβ.

eadem sententiarum conformatione, qua in Heracl. 176. sq. dixit: *μήδ', ὅπερ φιλεῖτε δρᾶν, Πάθῃς σὺ τοῦτο, τοὺς ἀμείνονας παρὸν Φίλους ἑλέσθαι, τοὺς κακίονας λάβῃς.* Post generalem enim rei expositionem ea, quibus res accuratius declaratur, sine copula subiiciunt Graeci. Plato Phaedon. p. 68. E *Τί δὲ, οἱ κόσμιοι αὐτῶν οὐ ταὐτὸν τοῦτο πεπόνθασιν, ἀκολασίᾳ τινὶ σώφρονές εἰσιν;* Cf. p. 78. E. Gorg. p. 450. A. B. 465. D. 479. B. C. Cf. Heind. ad Phaedon. p. 57. et p. 79. §. 50. Protag. §. 42. Gramm. gr. scholarum usibus accommodatam §. 630. 3. etiam non praegressis *ποιεῖν* aut *πάσχειν* vel *τόδε, τάδε*, Soph. Ai. 839. sq. *καί σφας κακοὺς κάκιστα καὶ πανωλέθρους Ξυναρπάσειαν, ὥςπερ εἰσορῶσ' ἐμὲ Αὐτοσφαγῆ πίπτοντα, τὼς αὐτοσφαγεῖς Πρὸς τῶν φιλίστων ἐκγόνων ὀλοίατο.* ubi verba *ὥςπερ εἰσορῶσ' ἐμὲ* etc. accuratius explicandis iis, quae praecesserant, inserviunt. Sed vix omitti poterat nomen eius, quem occidisse narratur Polymestor; nam *προμηθίαν* referendum esse ad *ἔκτεινε* et de ipso Polydoro accipiendum esse,

vix cuiquam persuaserit Battier. Mus. Helv. T. V. p. 40. Igitur ante versum 779. excidisse videtur versus, qui Polydori nomen contineret. Hanc lacunam ut explerent, versus 777. et 778. partim e glossis (nam *ξενίας* glossa esse videtur vv. *κοινῆς τραπέζης*) partim e suis commentis consarcinasse puto grammaticum serioris aetatis, auctori *Χριστοῦ πάσχοντος* similem. Talem hominem non miror dixisse et *πρῶτα τῶν ἐμῶν φίλων* pro *τὰ πρῶτα*, et *τυχὼν πρῶτός τε τῶν ἐ. φ.* pro *πρῶτός τε ὤν*, et *λαβὼν προμηθίαν*, *observantia nostra cultus* (sic enim accipio propter ea, quae proxime antecedunt).

Restat ut varietatem lectionis indicem. V. 777. pro *φίλων* Paris. A. Mosqu. A. B. C. D. Aug. a. b. c. Flor. 6. 9. 10. 17. 18. 21[b]. 34. Gu. *ξένων*, quod pro var. l. habent Havn. Flor. 21. Alibi voce *φίλος* grammatici explicare solent voc. *ξένος*, ut in scholiis ad v. 7. et ad hunc ipsum locum p. 179.

V. 778. Flor. 10. *τυχὼν θ' ὅσ*. Mosqu. A. D. Aug. a. b. *ὅσον δεῖ*.

V. 779. *εἰ κτανεῖν ἐβούλ*. Brunck. *εἰ* valere monet *ἐπεί*. Imo brevius dictum est pro *ὃ ἔδει ἂν ποιεῖν αὐτὸν, εἰ κτ. ἐβ.* Sic infra 1182. *εἰ βούλοιο* i. e. *ὃ εἴποις ἄν, εἰ βούλοιο*.

V. 781. *δοῦλαι τε* Havn. *ὅτι* pro *δοῦλοί τε* Flor. 33.

V. 782. *σθένωσι* Mosqu. D.

V. 783. In verbis *τοὺς θεοὺς ἡγούμεθα* offenderunt et Wyttenbach. Bibl. crit. Vol. I. p. 35. et Herm. ad Aristoph. Nub. 816. sed uterque sententiam retractavit, ille Bibl. crit. Vol. II. p. XI., hic ad h. l. Locutionem illustrarunt Musgr. in supplem. et Porson. Cf. Blomf. gloss. Pers. 504. Simile est *τὰ θεῖ' ἡγουμένη* Helen. 919. Respici autem ad dictum Pindari, *νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς θνατῶν τε καὶ ἀθανάτων*, monuit Wyttenb. l. c. de quo dicto vid. Interpr. ad Herod. III, 38, VII, 104. Pind. fragm. p. 76. ed. Heyn. Alberti ad Hesych. v. *νόμος ὁ πάντων βασιλεύς*. Celebrata sententia imprimis a Stoicis, vid. Turnebum ad Cic. de leg. I, 6. Cf. Goerenz. ibid. Imprimis huc spectat locus Chrysippi Digest. I. Tit. 3. leg. 2. a Turnebo et Albertio indicatus: ὁ

νόμος πάντων ἐστὶ βασιλεὺς θείων τε καὶ ἀνθρωπείων πραγμάτων. δεῖ δ' αὐτὸν προστάτην εἶναι τῶν καλῶν καὶ τῶν αἰσχρῶν καὶ ἄρχοντα καὶ ἡγεμόνα, καὶ κατὰ τοῦτο κανόνα εἶναι δικαίων τε καὶ ἀδίκων καὶ τῶν φύσει πολιτικῶν ζώων, προςτακτικὸν μὲν τῶν ποιητέων, ἀπαγορευτικὸν δὲ τῶν οὐ ποιητέων.

V. 785. εἴ σ' ἄν. Mosqu. A. D. σ' om. Havn. Male scribebatur ὅς εἴς σ' ἄν. Vis enim est in pronomine. Suppl. 561 sqq. οὐ γάρ ποτ' εἰς Ἕλληνας ἐξοισθήσεται, ὡς εἰς ἔμ' ἐλθὼν καὶ πόλιν Πανδίονος Νόμος παλαιὸς δαιμόνων διεφθάρη. ubi vid. Markl.

V. 788. ἐν om. Mosqu. A.

V. 790. eiiciendus videbatur Wyttenbach. Bibl. crit. I, 4. p. 36. et v. sq. leg. ἰδού τε (imo ἰδοῦ τε. vid. Schaef. ad Gregor. C. p. 2.) κἄν. vel, si retineri debeat, sic scribendum: οἴκτειρέ θ' ἡμᾶς, ὡς τροφεύς τ' ἐπισταθείς, *misererearis mei, ut constitutus a diis mei nutritor.* „Quid enim? ad intelligenda Hecubae mala oculis opus erat exercitatis pictorum, et quidem intervallo et distantia?" Nihil aliud vult Hecuba, nisi diligenter eum et accurate infortunium ipsius considerare. Pro *diligenter* comparatione utitur pictoris e iusto intervallo tabulam spectantis. Vide Schaefer. ad calcem Eurip. Porsoniani p. 563. et sententiam suam retractavit Wytt. Bibl. cr. III, 4. p. 26. αἰδεῖσθαι autem, i. e. *reverentiam miseris, imprimis supplicibus debitam praestare* (vid. Soph. Oed. C. 247. Musgr. ib. 1333. Eur. Heracl. 102.), et οἰκτείρειν saepissime iunguntur, ut supra 283. αἰδέσθητί με, οἴκτειρον. Iphig. A. 1233. ἀλλ' αἴδεσαί με καὶ κατοίκτειρον βίον. Soph. Ai. 506. sqq. ἀλλ' αἴδεσαι μὲν πατέρα - - αἴδεσαι δὲ μητέρα - - οἴκτειρε δ', ὦναξ, παῖδα τὸν σόν. Hunc locum citat Eustath. ad Il. *l*, p. 752, 4. = 653, 5. et v. 791. Thom. M. v. ἰδοῦ.

V. 791. κἀνάθρησον Ask. 2. R. Eustath. cf. supra v. 668.

V. 792. Flor. 2. Vict. δέσποινα γάρ ποτ'. sed in marg. Flor. a m. sec. γρ. τύραννος ἦν ποτ'. In superiore versu finitur Aug. a.

V. 793. Flor. 10. εὔπ. τότ' οὖσα.

V. 794. Flor. 10. ἄπαις, ἄπολις, ἀθλ.

V. 795. ποῦ pro ποῖ Flor. 2. 25. — μ' ὑπεξάγεις Flor. 34. μοι ἐξάγεις. Porson. μ' pro με accipiens explicabat: *Quo meum pedem subducis, i. e. quo me cogis te sequi?* et sic schol. Flor. 33. Contortam hanc explicationem vocat Herm. verens, ut similis constructionis exempla afferri queant. Iniuria: vid. Soph. Oed. T. 718. Oed. C. 314. κυνῆ πρόςωπα Θεσσαλίς νιν ἀμπέχει. Philoct. 1301. μέθες με, πρὸς θεῶν, χεῖρα. quae loca citavi in Gramm. gr. §. 413. not. 6. Eurip. Troad. 1222. τελαμῶσιν ἕλκη τὰ μὲν ἐγώ σ' ἰάσομαι. cf. Phoen. 41. sq. In quibus si quis dicat duas constructiones confusas esse, κυνῆ ἀμπέχει νιν et κ. ἀμπ. πρόςωπα αὐτῆς, μέθες με et μέθες τὴν χεῖρά μου, ἰάσομαί σε et ἰάσομαι τὰ ἕλκη σου, is non rem ipsam neget, duos accusativos uni verbo iunctos reperiri, sed aliam eius constructionis originem indicet. Haud dubie enim duae constructiones confusae sunt: sed quum huius confusionis multiplex sit usus, et locutiones specie similes, re autem ipsa dissimiles a se distinguantur, haec nota est huius quasi speciei, quod toti pars eodem casu sine coniunctione additur. Sic Eustath. ad Il. ά, 236. (περὶ γάρ ῥά ἑ χαλκὸς ἔλεψεν φύλλα) p. 93, 22. ἔστι τὸ μὲν ἓ ἤγουν αὐτὸ ὁλότης τοῦ ξύλου, τὸ δὲ φύλλα καὶ φλοιὸν δήλωσις μέρους τοῦ ἐκπίπτοντος ἐν τῷ λεπίζεσθαι τοιαῦτα δὲ καὶ ἄλλα μυρία παρὰ τῷ ποιητῇ ἔχοντα τὴν ὁλότητα κατὰ αἰτιατικὴν πτῶσιν, εἶτα ἑρμηνείαν αὐτῆς ἐκ τῶν μερῶν. Igitur non idcirco contorta est Porsoni explicatio, quod eius constructionis idonea exempla nulla suppetant, sed inepta est tota explicatio. Quis enim, quum dicere velit, *quo a me abis?* ita dicat: *quo me cogis te sequi?* et omittens id, quod primarium est, et ad preces irritas reddendas praecipue valet, dicat quod nullum in neutram partem momentum habet? Itaque Herm. μ' pro μοί positum accipit, quod nunc, credo, ipse repudiat. Ipse enim ad Soph. Ai. 190. p. 31., Falsum vero est, inquit, μοί elidi posse ante vocalem brevem. Cf. Lobeck. ad Ai. p. 249. Nimirum constructio est πρὸς τὸ σημαινόμενον. ὑπεξάγεις πόδα, i. e. *discedis*, ut recte Herm., ad sensum idem est ac φεύγεις, ὑπεκτρέπῃ. hinc accusativus με additus, quasi esset ποῖ φεύγεις με ὑπεξάγων πόδα. Sic Soph. Ai. 1107. καὶ τὰ σέμν' ἔπη κόλαζ' ἐκείνους, i. e. κολάζων ἐκείνους τὰ σεμνὰ ἔπη

λέγε, ut locum explicavi in Gramm. gr. min. §. 633. Cf. Brunck. ad Soph. El. 480.

V. 797. τἄλλα. Mosqu. C. ἄλλα.

V. 798. ματεύομεν Flor. 2. Vict.

V. 799. δέ post πειθώ om. Flor. 21. — μόνον superscr. —ην a m. sec. Flor. 33. Ad Pacuvii versum fortasse respexit etiam Cicero pro Mur. 14, 30. *ipsa illa domina rerum sapientia.* Isocr. π. ἀντιδόσ. p. 115. ed. Orell. οὐδὲν τῶν φρονίμως πραττομένων εὑρήσομεν ἀλόγως γιγνόμενον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἔργων καὶ τῶν διανοημάτων ἁπάντων ἡ γ ε μ ό ν α λόγον ὄντα.

V. 800. οὐ δῆτα μ. Flor. 33. Havn. a pr. m. sed in marg. οὐδέν τι μ. a sec. m. Mosqu. D. οὐδέν τοι. sed οι e correctione scribae vel glossatoris.

V. 801. μισθόν Havn. tum ἵν' εἴ ποτε c. gl. ὑπάρχῃ.

V. 802. τυγχάνει Flor. 25. τυγχάνῃ Flor. 10.

V. 803. τί οὖν Flor. 10. Pro ἔτ' Mosqu. C. τ'. ἐλπίσαι. Hanc formam poetis Atticis non inusitatam esse docuit Schaefer. melet. cr. p. 85. Erfurdt. ad Soph. Antig. 410. ed. min. et Add. Adde ἀποπτύσαιεν Eur. Hel. 75.

V. 804. Ask. 2. 3. R. Flor. 2. 10. 25. Vict. Havn. οἱ μὲν γὰρ ὄντες παῖδες οὐκέτ' ἐ. μοι. Ita etiam Flor. 33. nisi quod οὐ μέν habet pro οἱ μέν. Quae notabilis lectio, inquit Porson. οἱ ὄντες παῖδες pro οἱ παῖδες, οἵ μοι ἦσαν, sicut 793. εὔπαις ποτ' οὖσα pro ἡ εὔπ. ποτὲ ἦν.

V. 805. Mosqu. D. αὐτοί. — ἐπ' αἰσχροῖς. G. ἐπ' ἐχθροῖς (η superscr.). αἰσχρά non sunt *turpia Veneris furtivae flagitia*, ut accepit Musgr., sed quaecunque a personae alicuius loco, dignitate, vitae genere abhorrent, ut servitus a conditione reginae, *indigna*. Sic Talthybius v. 493. αἰσχρὰν τύχην vocat eversionem pristini status. Nec ἐπ' αἰσχροῖσιν est *propter et ad turpia*, ut interpretatur Herm.: quid enim esset *pereo* (hoc enim esse videtur οἴχομαι) vel, si mavis, *abducor propter et ad turpia*, et quidem ea, quae ad filiam Cassandram spectant? sed dictum est, ut ζῆν ἐπ' ἴσοισι Med. 123. i. e. *ita ut aequo cum aliis iure frua-*

ris. Itaque αἰχμάλωτος ἐπ' αἰσχροῖσιν est *captiva, ita ut indigna patiar.* Recte Erasmus: *Abducor ipsa capta et indigna patiens.* nisi quod pro *abducor* malim *absumor.*

V. 806. κ. δὲ τῆς πόλεως τόνδ' Flor. 2. κ. δὲ πόλεως τῆσδ' Flor. 33. Boisson. comparat Senec. Troad. 1050. *Tunc puer matri genitrixque gnato, Troia qua iaceat regione, monstrans, Dicet, et longe digito notabit: Ilium est illic, ubi fumus alte Serpit in coelum, nebulaeque turpes. Troes hoc signo patriam videbunt.*

V. 807. μὲν om. Aug. b. (omittunt quidam, inquit Porson.) γε coniiciens Pors. non videtur observasse, haec παρενθετικῶς dicta esse. Supra τοῦ λόγου — τόδε Gu. ab ead. m. γρ. ὁ λόγος. γρ. ὅδε. — καινὸν Mosqu. A. quod etiam in Havn. fuisse videtur a m. pr. cum gl. ἀπρεπές.

V. 809. πρὸς σῇσι πλευρῇς Ald. et rell. Flor. 33. πρὸς σῇσι πλευραῖς Flor. 2. 25. Vict. Mosqu. A. σῇσι πλευροῖς Mosqu. B. Sed Leid. antiquissimus, teste Valck. ad Eur. Ph. 62., K. ap. Pors. Paris. A. Flor. 6. 9. 10. 17. 18. 21. 21[b]. 34. Mosqu. C. Havn. Gu. Aug. b. πρὸς σοῖσι πλευροῖς. Is. Vossius in ora libri sui: pro σῇσι πλευρῇς malim σοῖσι πλευροῖς. Idem ab initio fuit in Aug. c. sed utrobique correctum ῃ ῇ. Mosqu. σοῖσι πλευροῖς a pr. m. Sed in σοῖσι οι correctum ab alia m. in η, et super οι in πλευροῖς scriptum αι. In schedis Brunck., de quibus dixit in elencho notis ad Orest. praefixo, σοῖσι πλευροῖς, superscripta altera lectione σῇσι πλευραῖς. Summo igitur iure Brunck. et Porson. hanc lectionem receperunt. Pro κομίζεται Aug. b. κομίζεται.

V. 810. Mosqu. D. Κασσάνδρα.

V. 813. παῖς ἐμοὶ Flor. 17. 34. Mosqu. B. π. ἐμὸς. κείνη Flor. 17. Paris. A. κείνου. Brunck. ed. κείνης δὲ σύ; nam quemnam ex nocturnis illis complexibus voluptatis sensum percipere posse Hecubam? χάριν igitur de voluptate Venerea intellexit. Pudet ista confutare, ut cum ipso Brunckio loquar. De gratia factis referenda sermonem esse, patet e v. 817. ut supra 273. Soph. Ai. 522. comparat Herm. ad Soph. l. v. 518. Gatakerum Opp. T. I. p. 73. idem non debebat vituperare ad h. l., quod vocabulum σχημάτων

non emendasset. Nam p. 74. C. ipse δυςχερασμάτων ex altero Plutarchi loco reponi iubet.

V. 814. 15. Duplex horum versuum lectio in libris invenitur. Ald. rell. usque ad Kingianam: ἐκ τοῦ σκότους γὰρ νυκτέρων τ' ἀσπασμάτων Φίλτρων ὁμοῦ τε τοῖς βροτοῖς πολλὴ χάρις. Altera lectio est inde a Kingio recepta: ἐκ τοῦ σκότους γὰρ τῶν τε νυκτέρων πάνυ Φίλτρων μεγίστη γίγνεται βροτοῖς χάρις. Sic King. Cod. Reg. Soc. Mosqu. A. B. C. D. Gu. Aug. b. c. Flor. 9. 17. 21[b]. 34. 10. (nisi quod hic ἐκ τοῦ σκότου τοι et altero v. θνητοῖς χάρις habet) 2. 25. qui in priore versu βροτοῖς pro πάνυ, sicut M. N. qui etiam altero versu θνητοῖς pro βροτοῖς, ut Flor. 10. 21. Lectio Aldina est etiam in Havn. Flor. 33. nisi quod hic ἐκ τοῦ σκότους τε (voluit τοι) νυκτέρων ἀσπασμάτων habet. Havn. etiam τε et νυκτερινῶν τ'. In priore versu consentit etiam Flor. 6. sed ab alia manu, quamquam antiqua, quae veterem lectionem cum edita congruentem transverso calamo delevit. In utraque lectione sunt, quae offendant. In Aldina ἀσπασμάτων uno interiecto vs. repetitum iam Brunckium male habuit; quamquam repetitiones earumdem vocum non diligentissime vitat Euripides, et v. 815. recurrit χάρις. Sed ὁμοῦ τε ferri nequit. Itaque Tyrwh. in litteris ad Brunckium datis emendabat ὁμοῦται, vocem Homericam et scenae Atticae, Euripidi certe, inusitatam inferens. Sed nec in altera lectione πάνυ ulli rei inservit, et versui tantum complendo idonea est, ut recte observavit Brunck. Monet quidem Porsonus, vocem πάνυ, etsi non valde usitatam Tragicis, occurrere tamen apud Soph. Oed. C. 144. Philoct. 650. etc. sed non id quaeritur, utrum vox occurrat apud Tragicos, sed utrum commodum sensum habeat, necne. Hoc vero loco neque πάνυ μεγίστη, neque πάνυ γίγνεται, neque τῶν νυκτέρ. πάνυ φίλτρων, quod unum propter locum voculae licet, commodum sensum, imo ne sensum quidem habet. Itaque iam antiqui in ea trepidarunt, aliis βροτοῖς, vel βροτῶν, ut est in Flor. 21., substituentibus. Musgr. ὁμοῦ coni. pro πάνυ. In Brunckii schedis erat σκότους τῶν τε νυκτέρων πάντων. Hinc Brunckius ed. τῶν τε νυκτέρων βροτοῖς φίλτρων μεγίστη γίγνεται πάντως χάρις. Etiam in verbis ἐκ τῶν νυκτέρων φίλτρων μεγίστη γίγνεται βροτοῖς χάρις neminem haesisse miror: φίλτρα enim nusquam alio sensu occurrunt, nisi ut

sint amoris illecebrae, ea, quae ad amorem pelliciunt vel excitant, vel vim excitandi amoris, non amor ipse vel concubitus. Concubitu quidem mutua uxoris et mariti benevolentia, χάρις, vel parari vel augeri potest; at ἐκ τῶν νυκτέρων φίλτρων χάρις γίγνεται nihil aliud est, nisi amoris parandi viis amor efficitur. Itaque si legeretur: ἐκ τοῦ σκότου γὰρ νυκτέρων τ' ἀσπασμάτων Φίλτρων μεγίστη γίγνεται βροτοῖς χάρις, ut iungerentur φίλτρων χάρις, haberemus certe, quod intelligi posset. Sed vehementer vereor, ne in his versibus emendandis operam perdamus. Iam ipsa lectionis varietas suspectum locum reddere debuit. Deinde si versus 809—813. cum v. 816. 817. compares, Agamemnonis cum Cassandra consuetudinem eo tantum consilio commemorare videtur Hecuba, ut Polydorum affinem eius esse demonstret, cumque ad iniuriam propter hanc affinitatem vindicandam excitet; sed versus 814. 815. quum in benevolentia e concubitu oriri solita morentur, sententiarum nexum interpellant, et eo detorquent verba poetae, ut, quod ille secundarium esse voluit, primarium esse videatur. Itaque non dubito, quin v. 814. 15. a mala manu additi sint.

σκότου est e Paris. A. E. Mosqu. C. Flor. 10. 17. 21. 34. quod magis Atticum, quam σκότους.

V. 816. ἄκουε δή νυν. Sic e coni. scripsi pro ἄκ. δὴ νῦν, quod alienum. Vid. Valck. ad Phoen. 918. Confirmat Mosqu. B. qui τοίνυν habet pro δή νῦν.

V. 818. εὖ δράσεις Flor. 25.

V. 819. εἴ μοι. De hoc sensu voculae εἰ vid. Valck. Adoniaz. p. 237. B. Boisson. Etym. M. p. 26, 51. αἴ — γέγονε δὲ ἐκ τοῦ εἰ, σημαίνοντος τὸ εἴθε, τοῦ ε τραπέντος εἰς α· ὡς τὸ, Εἴ μοι γένοιτο φθόγγος ἐν βραχίοσι καὶ χερσὶ καὶ κόμαισι καὶ ποδῶν βάσει. Eustath. ad Il. p. 261, 36. εὔχεται γὰρ ἡ τραγικὴ Ἑκάβη μονονουχὶ στόμασι κατατετρῆσθαι πολλοῖς, ὡς που καὶ ὁ Ἄργος τοῖς ὄμμασιν.

V. 820. καὶ κόμαισι. Musgr. primo coni. κόραισι, „quia in luctu comas tonderi foeminis et capita radi mos esset;" in Suppl. not. κνήμαισι. Temere utrumque; quamquam κόραισι probat Wyttenb. Bibl. cr. I, 4. p. 36. Optat, ut

omnia corporis membra preces supplices fundere possint; haec sunt pedes, brachia, manus, caput: pro capite posuit κόμας cum delectu, quia amplectentes alium sive osculaturi sive rogaturi capillos admovent, ut Phoen. 308. nec oculi ut flere possent, opus erat Δαιδάλου τέχναισιν, ἢ θεῶν τινός.

V. 820. Flor. 10. καὶ βαδίσμασιν.

V. 822. ὁμαρτῇ. ι delendum esse monuit Brunck. ex Aristarchi scilicet auctoritate. vid. Tollii Exc. IV. ad Apoll. lex. Schol. Ven. ad Il. ε, 656. Mosqu. D. ὁμαρτεῖ (η superscr.). — ἔχοιτο Paris. A. Cant. N. Mosqu. C. I. H. L. Aug. b. c., in quo gl. ἅπτοιντο, Gu. Flor. 2. 6. 9. 18. 21^b. 33. 34. Vict. In Flor. 21. ἔχοιτο e correctione. ἔχοιντο verum videtur etiam ex Porsoni regula. vid. Add. p. 99. sq. nam quum ea omnia amplecti vult genua Agam., etsi non sunt animantia, animantium tamen munere fungi vult. — γονάτων Mosqu. A. Flor. 21^b.

V. 823. Aeschin. c. Ctesiph. p. 544. Reisk. huius loci meminisse videtur: νομίσατε ὁρᾷν -- πρεσβύτας ἀνθρώπους -- κλαίοντας, ἱκετεύοντας ὑμᾶς -- ἐπισκήπτοντας μηδενὶ τρόπῳ τὸν τῆς Ἑλλάδος ἀλιτήριον στεφανοῦν. BOISSON.

V. 825. πάρασχε Ald. et MSS. Flor. 9. 21^b. 25. schedae Br. πάρεσχε. Flor. 17. παρέσχε. πάρασχε certe analogiae consentaneum est. At Brunck. barbarum ratus παράσχες. Idem in ora libri sui annotavit Is. Vossius. Sed quî factum dicamus, ut librarii hanc formam barbaram tanta constantia servarent?

V. 827. Is. Vossius annot. ἑ. παρ' ἀνδρός.

V. 829. 30. Quantum iam antiqui in his explicandis laborarint, e scholiis apparet. Absurda vero est ἀντίπτωσις, quam comminiscuntur, dictum esse pro αἱ ἀνάγκαι τοὺς νόμους διώρισαν. Kingio satis expedita esse sententia videtur: *necessitatem nulla lege teneri, nunc amicitias resarcire, interdum inimicitias, interdum inimicitias inter coniunctissimos et odia conflare.* Heath., ἀνάγκαι, inquit, hic procul dubio sunt *necessitudines, amicitiae,* eodem sensu, quo ἀναγκαῖος saepe usurpatur pro *amico necessitudine coniuncto.* Supra has necessitudines et amicitias vim legum et iustitiae effert chorus, ab his illas defi-

miri et quodammodo pendere asserens. Adeo ut quicunque in magistratu aut imperio constitutus est, is hominem, qui antea amicus erat, gravius quidquam contra leges delinquentem, sicut inimicum tractare et debitas ei poenas infligere debeat; et contra, inimicum antea, a quoquam contra ius fasque atrociter laesum atque oppressum, ulcisci ac velut amicum sublevare teneatur. Musgr. coni. *οἱ χρόνοι* pro *οἱ νόμοι*, *et temporum vicissitudines amicitias definiunt*, i. e. quos pro amicis inimicisve habere debeamus; quam coni. probat Wyttenb. Bibl. cr. I, 4. p. 37, recepit Brunck. Herm. coni. *καὶ τὰς ἀνάγκας οὐ νόμῳ διώρ.* sc. *οἱ θνητοί.* „*Mirum, quam nihil non accidat hominibus, quamque non, ut par est, necessitudines destinare soleant, qui inimicos faciant, ut amici, amicos, ut inimici sint. διορίζειν ἀνάγκας* est *destinare necessitudines*, ita ut quis alios sibi adiungat, alios non adiungat." In qua tamen lectione *οἱ θνητοὶ φίλους τιθέντες τοὺς πολεμιωτάτους* esset, *qui aliis amicos reddunt eos, qui inimicissimi fuerint*, quum sensus postulet, *qui sibi amicos reddant.* Porson. nihil nisi Musgr. coniecturam commemorat, ut eum de loci sententia incertum fuisse coniicias. Ego fateor, me locum non satis intelligere; hoc tamen valde dubito, an *ἀνάγκη* unquam necessitudinem s. amicitiam significet. Stephanus quidem Thes. L. Gr. T. I. p. 419. E. ex Herod. I, 74. citat: *Ἀλυάττεα γὰρ ἔγνωσαν δοῦναι τὴν θυγατέρα Ἀρύηνιν Ἀστυάγεϊ τῷ Κυαξάρεω παιδί· ἄνευ γὰρ ἀναγκαίης ἰσχυρῆς συμβάσιες ἰσχυραὶ οὐκ ἐθέλουσι συμμένειν*, ubi quis non ex adiecto *ἰσχυρῆς* videat, *ἀναγκαίην* esse *necessitatem* proprie sic dictam, seu *vim graviter cogentem*, qualis tunc erat affinitas Alyattis et Cyaxaris? Musgr. laudat Xenoph. p. 895. i. e. Sympos. 8, 13. *φιλεῖν γε μὴν τῶν μὲν τὸ ἦθος ἀγαμένων ἀνάγκη ἰδία καὶ ἐθελουσία καλεῖται*, ubi *ἀνάγκη* non magis est necessitudo s. amicitia, quam in illo Bacchylidis *ἀνάγκη γλυκεῖα κυλίκων*, sed vis, quam affectus animi affert, et talis quidem, cui sponte et libenter obsequaris. Itaque *τὰς ἀνάγκας* de urgente rerum necessitate vel etiam de fatali necessitate accipio; rerum enim necessitas facit, ut inimicos habeamus, quos ante amicos habuerimus, sicut apud Plutarchum, citante H. Stephano Thes. l. gr. T. I. p. 418 F. *ἀνάγκη κατέλαβε τὸν Ἄρατον γενέσθαι Μακεδόνων ξύμμαχον.* Quia haec in utramque partem valet, non eum, qui semel

amicus fuerit, semper amicum habere cogit, sed ex amico inimicum et contra reddit, dicitur ea διορίζεσθαι, *distingui*, quo sensu accepit Schol. κεχωρισμένως λέγουσι, vel, ut schol. Gu., διέστησαν. Hactenus recte locum cepisse videtur Erasmus, qui ita vertit: *Mirum est profecto, ut intidant mortalibus Praefixa certis cuncta fati legibus.* Sed quomodo οἱ νόμοι hoc efficere dici possint, non intelligo. Similiter, sed alio consilio, Soph. Ai. 678. ἐγὼ δ' — ἐπίσταμαι γὰρ ἀρτίως, ὅτι ὅ τ' ἐχθρὸς ἡμῖν ἐς τοσόνδ' ἐχθαρτέος, ὡς καὶ φιλήσων αὖθις, ἔς τε τὸν φίλον τοσαῦτ' ὑπουργῶν ὠφελεῖν βουλήσομαι, ὡς αἰὲν οὐ μενοῦντα. ubi poëta orationem ita instituerat, ac si pergere vellet: ἐγὼ δὲ τόν τε ἐχθρὸν ἐς τοσόνδ' ἐχθαίρω. sed interceptus est orationis cursus verbis ἐπίσταμαι γὰρ ὅτι. Itaque ad hanc constructionem illa aptavit, et in secundo demum membro ad institutam orationis formam rediit. Porsoni emendationem, quam recepit Herm. ἐγῷδ', ἐπίσταμαι γάρ, nimis ταυτολογοῦσαν illam, veram habere non possum.

V. 831. τούς τε πολεμ. Aug. b. quod praefert Elmsl. ad Iphig. T. 199. (Mus. crit. VI. p. 282.) In Havn. decst.

V. 833. Vulgo ἐγὼ σέ. Sed N. R. Flor. 2. 25. ἔγωγε, quod praetuli, quia σέ iam inest in τύχας σέθεν. Flor. 33. τύχην, cui superscr. ab al. m. — ης.

V. 834. δι' οἴκτω Mosqu. D. — χεῖρα om. Mosqu. A.

V. 836. Pro δίκην Flor. 33. χάριν. Flor. 21. χάριν e corr. Havn. χάριν cum var. l. in marg. δίκην. Pro τήνδε Brunck. coni. τῶνδε.

V. 837. Ald. rell. Flor. 2. 25. Mosqu. A. B. D. φανείην γ'. Flor. 33. Havn. φανείην sine γ'. φανείη γ' coni. Stanlei. ad Aesch. Ag. 1449. et sic Paris. A. B. Cant. Lib. P. Mosqu. C. Aug. b. c. Gu. Flor. 6. (sed in marg. γρ. φανείην) 9. 10. 17. 18. 21. 21^b. 34. quod receperunt Brunck. Pors. Herm. φανείη sc. ἡ δίκη. — ὥστε σοι καλῶς ἔχειν Ald. rell. Flor. 6. 9. 33. Havn. ὥστε σοί τ' ἔχειν καλ. Paris. A. Br. Mosqu. A. B. C. D. Aug. b. c. Gu. Flor. 2. 10. 17. 18. 21. 21^b. 25. 34.

V. 838. τε post στρατῷ om. Flor. 33. Supra χάριν Mosqu. A. γρ. δίκην.

V. 839. Herm. coni. Θρ. ἄνακτι τῷδε.

V. 841. φίλον Ald. rell. φίλιον coni. Barn. et sic P. Paris. A. Br. Flor. A. Flor. 10. Canter. post ἄνδρα interserendum opinabatur γάρ. Aug. b. φίλον omittit.

V. 842. εἰ δ' ἐμοὶ φίλος ὅδ' ἐστι em. Elmsleius Mus. cr. VI. p. 282. not. Male. Dicit Agamemnon, quod Polydorus (is enim est ὅδε) carus sit Hecubae, hoc nihil ad exercitum Graecorum pertinere, neque cum huius rei ullam rationem habere. Sed scribendum erat εἰ δὲ σοὶ φ.

V. 843. Is. Vossius ann. οὐκ ἐστι. Tum χωρὶς μὲν κοὐ κ. στρ. Flor. 10.

V. 844. ἐθέλοντα Flor. 21^b.

V. 847. φεῦ om. Mosqu. D. Gu. Flor. 25. φεῦ φεῦ Mosqu. B. Aug. b. — οὐκ ἔστιν ἀνδρῶν Arist. Rhet. II, 21, 31. ubi hunc cum sq. v. citat.

V. 848. γάρ om. Flor. 34.

V. 849. αὐτῶν Flor. 34. Vict. πόλεος recte Ald. rell. Florr. 6. 9. 10. 17. 18. 21. 21^b. 25. τῆς πόλεος Flor. 33. πόλεως Flor. 2. 34. Vict. Mosqu. D. (Dresd.) Gu. Havn.

V. 851. πλεῖον Flor. 2. 6. 9. 10. 18. 21. 21^b. Mosqu. D. τὸ πλεῖον Flor. 25. νέμοις Flor. 21. 33. Mosqu. D.

V. 854. συνδράσεις Flor. 33. συνδράσῃ Flor. 21^b. δράσῃς Havn. a m. pr.

V. 856. Θρηκὸς ἀνδρός Flor. 17. 34. Mosqu. A. B. In Havn. deest Θρηκός. Tum Flor. 2. Vict. οἷα γάρ μοι πείσεται.

V. 859. δράσῃς Mosqu. D. Idem, ut e Dresd. enotatum, mox χεροῖν. Idem mox γραῖα, ut e gl. γεροντικὴ ἄνδρα ἀνδρεῖον liquet.

V. 860. κτανεῖς Flor. 17. 25. 33. 34. Mosqu. C.

V. 861. τίνι Barn. Musgr. Brunck. Pors. pro τινὶ Ald. rell. ἐπικουρίᾳ τίνι i. e. τίνι ἄλλῃ ἐπ. vid. Schaef. ad Soph. Trach. 390.

V. 863. κεκεύθουσ' Gu. Flor. 21^b. 25. Aug. b. c. Mosqu. C. In Flor. 2. κε in κεκεύθασ' est a m. sec. Mosqu. D.

τε κεύθουσ'. Flor. 17. 34. κεύθουσ'. κέκευθα habet etiam Soph. Ant. 911.

V. 864. Ἑλλήνων Florr. omnes praeter 10. Mosqu. A. B. C. D. Gu. Paris. A. Br. Havn. Ἑλλάνων Ald. rell.

V. 865. Is. Vossius annot. ἐμῶν φονέα.

V. 866. ἀῤῥένων Flor. 33.

V. 871. ἀλλ' ὢς γενέσθαι. Sic Ald. rell. nisi quod ὧς habent, Florr. omnes praeter 10. Br. Gu. Aug. b. c. Mosqu. A. B. C. D. γενέσθω Paris. A. P. Flor. A. Flor. 10. Havn. Eadem formula occurrit Iphig. in Taur. 589. Troad. 728. sed ibi omnes Codd. γενέσθω, ut scribendum esse monuit Brunck. ad h. l. In nostro loco etiam Brunck. Porson. Herm. γενέσθω. Quomodo e γενέσθαι fieri potuerit γενέσθω, intelligo; γενέσθω quomodo in γενέσθαι mutari potuerit, non intelligo. Cf. Hemsterh. ad Arist. Plut. v. 598. Videtur fuisse formula solennis in Atheniensium decretis, in quibus Infinitivi pro Imperativis recepti erant. — Mox Ald. rell. τόνδ' ἐμοὶ μέθες λόγον. Havn. τόνδε μοι. Brunck. e Paris. A. et Br. edidit τόνδε μὲν μέθες λόγον, quod confirmant P. Flor. A. Leid. tres ap. Valck. ad Phoen. 522. Florr. omnes praeter 33. Vict. Gu. Mosqu. A. B. C. D. Aug. b. c. Sic Iphig. T. 589. ἀλλ' ὢς γενέσθαι· τῷδε μὲν δέλτον δίδου.

V. 873. καὶ σὺ om. Aug. b. — πλασθεῖσα Ald. rell. et MSS. πλαθεῖσα scribendum esse docuit Brunck. ad h. l.

V. 874. ἄνασσα δή ποτ'. Elmsley ad Iphig. T. 96. (Mus. crit. VI. p. 276.): Numerosius esset πρίν ποτ'. quod legitur Troad. 74. Φρυγῶν ἀρίστου πρίν ποθ' Ἕκτορος δάμαρ. Notabilius est, quod adverbium substantivo postponitur sine articulo vel participio. Supra 479. ποῦ τὴν ἄνασσαν δή ποτ' οὖσαν Ἰλίου. Mosqu. C. ἄνασσαν, unde suspiceris, nostri versus lectionem ex adscripto v. 479. ortam esse. An fuit: ἄνασσά γ' ἥ ποτ' Ἰλίου?

V. 875. Flor. 33. Havn. σὸν δ' οὐκ ἔλ. hic etiam ἔλαττον, ut Mosqu. A. — κείνης edid. Brunck. Pors. Herm. et sic Flor. 18. 21. Havn. Gu. Vulgo ἢ 'κείνης χρ.

V. 877. ἐκείνου Flor. 10. 21. e corr.

V. 878. ἐπίσχ' Aug. c.

V. 879. τῷδ' ἀδελφῷ Aug. b. quod etiam in Havn. fuisse videtur.

V. 880. διοσῇ μερίμνᾳ Ald. rell. Debebat saltem esse δ. μερίμνῃ, quod habent Flor. 10. 33. Havn. δίσσῃ μέριμνα ex uno Parisiensium ed. Musgr. et sic Flor. 6. 9. 17. 18. 21. 21ᵇ. 25. 34. Mosqu. B. D. Gu. Aug. b. c. Schol. in paraphr. p. 204. v. 871 — 880. unde sic leg. coni. Barn. δησσῇ μέριμνα Flor. 2. Scholion in Gu. supra haec verba adscriptum in editione scholiorum omisi. ΔΙΣΣΗ, διπλῆ, et supra μέριμνα ὄντες a m. pr. tum φροντίδι. ἐπειδὴ γὰρ δύο ἦσαν, καὶ ἡ περὶ αὐτοὺς φροντὶς διπλῆ ἦν, a m. sec. Pro μητρὶ Gu. Havn. μητρός. Ad κρυφθῆτον Flor. 6. in marg. γρ. κρυφθῆναι. Mosqu. C. κρυφῆτον.

V. 881. οὕτως Mosqu. C. Flor. 6. 9. 17. 18. 21ᵇ. 34.

V. 882. οὐκ ἂν δ' εἶχον Mosqu. D. — δοῦναι σοι Flor. 25.

V. 883. οὐρίας Ald. rell. Brunck. e Paris. A. dedit οὐρίους et sic Mosqu. B. Mihi antiquior sermo, qualem sequuntur Tragici, adiectivorum in —ιος triplices formas usurpasse videtur.

V. 884. μένειν δ' ἄν. Mosqu. C. — ὁρῶντα Flor. 25. In Havn. fuisse videtur ὁρῶντες. In eodem gl. est μένοντας ἡμᾶς. Elmsl. ad Eur. Heracl. 7. Add. „Vereor, inquit, ut πλοῦν ἥσυχον quisquam unquam dixerit. Distingue, Μένειν ἀνάγκη, πλοῦν ὁρῶντας, ἥσυχον. Μένειν ἥσυχον noster Iphig. T. 1434. Tro. 985. Heracl. 478. Praecedit στρατῷ, ad quod refertur utrumque ὁρῶντας et ἥσυχον." Durum vero ὁρῶντας ἥσυχον. In exemplis, quae adhuc enotata sunt, nullum invenias, in quo participium et adiectivum ad unum nomen referenda diverso numero iuxta se posita sint. Quidni vero πλοῦς ἥσυχος dici potuerit, non assequor; nisi forte ea omnia falsa habere oportet, quorum alia exempla non suppetunt. μένειν quidem ἥσυχον dici etiam sine exemplis credent ii, qui non ex exemplis pendent, sed ratione et analogia scriptorum veterum orationem considerant.

V. 885. γέν. δ' αὖ πως. Flor. 21ᵇ. Pro κοινόν elegantius videbatur Musgr. κρεῖσσον, quod omnino sententia postulat, inquit Wyttenb. Bibl. cr. I, 4. p. 42. Car. Ferd. Nagel in Actis Soc. Rheno-Trai. T. I. p. 298. καλόν, omni-

bus hoc (simul sumtis) et unicuique peculiariter et civitati prodest. Ut supra 843. οὐ κοινὸν στρατῷ erat, *nihil attinet ad exercitum*, sic h. l. πᾶσι κοινόν, *ad omnes aequaliter attinet, omnium aequaliter interest.* κοινόν et ἴδιον, κοινῇ et ἰδίᾳ ubique inter se opponuntur.

V. 889. Mosqu. D. τῶν ἀπ. οὐκ ἔτι λέξῃ πόλις. In versibus 889. 890. describendis secutus sum Ald. et reliquas edd. ante Canter. et sic illi in Gu. Havn. Mosqu. et ab Herm. divisi sunt.

V. 890. Ald. rell. Gu. Flor. 2. 18. 21. 21*. 25. 33. 34. Aug. b. c. Mosqu. A. B, C. Havn. τοιόνδ' Ἑλλ. Mosqu. D. τοιόνδε νέφος Ἑλλ. ἀμφί σε. τοῖον King. e coni. quam confirmant Flor. 6. 9. 10. 17. Sic Aesch. Prom. 928. τοῖον παλαιστὴν νῦν παρασκευάζεται Ἐπ' αὐτὸς αὑτῷ. Soph. Ai. 560. τοῖον πυλωρὸν φύλακα Τεῦκρον ἀμφί σοὶ Λείψω. quae loca apposuit V. D. (Elmsleius, puto) in Edinb. rev. n. 33. p. 240 sq. ad Aesch. Prom. 906. (916. Sch.) idem monens, τοιόςδε in talibus epiphonemasi etiam usurpari. Vid. Eur. Med. 713. 784. 1311. 1334. — κρύπτει Paris. A. duo Codd. Reg. S. ap. King. M. N. E. K. R. Flor. 2. 10. 25. 33. Vict. et pro var. l. Gu. in marg. pro καλύπτει Ald. rell.

V. 891. Prius δὴ om. Mosqu. B. Gu. Flor. 2. — ἔπερσαν Mosqu. A. Hinc gl. Gu. ἐπόρθησαν.

V. 892. κέκαρσαι. De hoc sensu metaphorico cf. Wernsd. ad Himer. p. 776. Iacobs Anthol. T. 11. (III, 1.) p. 394. Herc. f. 870. (854.) ἀποκείρεται σὸν ἄνθος, πόλις, ὁ Διὸς ἔκγονος. Boisson. Eustath. ad Il. α, p. 189, 11. κεφαλῆς ἤτοι κρήνου κόσμος τὸ κρήδεμνον, ὃ καὶ ἐπίκρανον κεφαλῆς ἡ τραγῳδία φησίν, ἣν ζηλοῦσι οἱ καὶ κίονος ἐπίκρανον φάμενοι. εἰ δ' οὕτω ταῦτ' ἐστι, προςφυῶς Εὐριπίδης περὶ Τροίας φησὶ τὸ ἀπὸ δὲ στεφάναν κέκαρσαι πύργων. ὡς γὰρ κρήδεμνον κεφαλῆς, οὕτω καὶ τὸ στεφανοῦσθαι αὐτῆς ἴδιον, ἤδη δέ ποτε καὶ τὸ κείρεσθαι. διὸ οἷα συστοίχως ἔχοντα χρηστά ἐστιν εἰς μίαν τροπήν.

V. 893 sq. Ald. rell. αἰθάλου καπνοῦ κηλῖδ', et sic Gu. Florr. omnes, Aug. b. c. Mosqu. A. B. C. Havn. καπνοῦ delendum iam Arsenius monuit, cui obsecuti sunt Canter. Barn. omittunt K. et ex emend. Mosqu. D. αἰθάλῳ Mosqu. B. αἰθάλωι Havn. quod agnoscit etiam Schol. αἰθάλῳ κηλίδι,

ἤτοι καυστικῇ κηλῖδι. ubi haec eadem verba post αἰθάλου καπνοῦ κηλῖδι delenda sunt. Idem praeferebat Battier. Mus. Helv. IV. p. 19. et V. p. 41. αἴθαλος substantivum e Lycophr. 55. παιδὸς καταβροχθέντος αἰθάλῳ. (Schol. σποδίᾳ) δέμας, et Athen. XIV. p. 622. D. ὁ δὲ φαλλοφόρος ἰθὺ βαδίζων καταπλησθεὶς αἰθάλῳ citat H. Steph. Thes. l. gr. T. I. p. 150. B. — V. 895. κηλῖδ' οἰκτροτάτᾳ Ald. rell. ante Musgr. Flor. 6. 9. 17. 18. 21. 25. 34. οἰκτροτάτᾳ Mosqu. B. D. Gu. Aug. b. c. Havn. In hoc et Gu. supra ultimum α scriptum η. Ita Battierio etiam l. c. scribendum videbatur. οἰκτροτάταν Paris. A. P. G. I. Flor. 2. 10. 33. Vict. κηλῖδ' pro κηλῖδι accipere vetat satis nunc cognita consuetudo Atticorum ι dativi non elidentium. Vid. nunc Herm. elem. d. metr. p. 55. Porson. quum in priore editione Aldinam lectionem amplexus esset, in secunda dedit κηλῖδ' οἰκτροτάταν, ut Musgr. et Brunck. Praeferrem αἰθάλῳ κηλῖδ' οἰκτροτάταν κέχρ. ut κηλῖδ' οἰκτροτάταν esset appositio, quam explicavi Gramm. gr. §. 432, 4. nisi lectionis αἰθάλῳ paulo infirmior esset auctoritas, quippe quae ex em. Schol. nata videatur.

V. 896. μεσονύκτιον Mosqu. C. ὀλλύμαν Havn. ὀλόμαν Flor. 2.

V. 897. ἦμος δ' ἐκ Flor. 2. 25. Vict. — ἡδὺς ὕπνος Mosqu. D. Eustath. ad Il. p. 242, 21. δῆλον δὲ ὅτι δεῖπνον καὶ τὸ πρὸς ἑσπέραν ἐλέγετο, ὡς καὶ παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἑκάβῃ.

V. 898. κίδναται Ald. rell. σκίδναται M. N. Mosqu. A. C. Flor. 2. 34. Vict. κίδνατο King. male. vid. Virg. Aen. II, 277. cit. Pors. — μολπῶν Flor. 2. 25. Vict. μολπᾶν (ω) Havn. — χαροποιῶν Ald. rell. Havn. Flor. 2. 6. 9. 17. 25. 33. 34. Mosqu. B. D. Aug. b. c. χοροποιῶν (α) Gu. Flor. 21[b]. χοροποιῶν C. C. C. Flor. 10. 18. 21. et sic ed. Porson. in sed. ed. χαροποιὸν θυσίαν e Paris. A. prima lectione dedit Brunck. χαροποιῶν expl. gl. Gu. ab eadem m. quae α supra ο adscripsit.

V. 899. θυσιῶν Ald. rell. Mosqu. B. C. D. Flor. 6. 9. 18. 21. 21[b]. θυσίαν (ῶν) Fl. 33. Havn. θυσίαν Flor. 10. 25.

θυσιᾶν Flor. 2. 17. 34. Mosqu. A. Leidd. teste Valck. ad Phoen. 321.

V. 901. Eustath. ad Il. ἑ p. 518. ἡ δὲ ὕστερον παροιμία ἐπὶ πραγμάτων ἄλλως τὸ νόημα ἔθετο, λέγουσα πασσάλῳ μὲν ἀνακρεμάσαι τὸ ἀμελῆσαι, ἀπὸ πασσάλου δὲ λαβεῖν τὸ ἐπιμεληθῆναι· ὁποῖον δή τι καὶ παρ' Εὐριπίδῃ τὸ ξυστὸν δ' ἐπὶ πασσάλῳ. ἔχει δέ τινα πρὸς ταῦτα ὁμοιότητα καὶ Ἡσιόδου τὸ ὑπὲρ καπνοῦ θεῖναι πηδάλιον.

V. 902. ναυτᾶν em. Valck. l. c. quod minus poëticum recte indicat Pors.

V. 903. Τροίαν om. Flor. 33. ἐμβεβαῶτα Ald. rell. ante Barn. et MSS. Barn. King. Musgr. Brunck. Porson. e Schol. ἐμβεβῶτα, et sic Flor. 2. 25. Mosqu. C. ἐμβεβεῶτα.

V. 904. ἐγὼ δέ τοι Mosqu. A. C. D. Aug. b. c. Flor. 6. 9. 17. 18. 21. 21[b].

V. 905. Eustath. ad Il. δ'. p. 454, 14. σημείωσαι δέ, ὅτι μίτρα παρὰ τοῖς μεθ' Ὅμηρον καὶ ἐπὶ τῆς περὶ κεφαλὴν ταινίας λέγεται, ἤτοι κοινότερον εἰπεῖν, ἐπὶ φασκίας, ὡς δηλοῖ παρ' Εὐριπίδῃ τὸ μίτραις ἀναδέτοις ῥυθμίζεσθαι πλόκαμον, καὶ τὸ παρ' Ἡροδότῳ (VII, 90.) μίτραις κατειλίχατο.

V. 907. ἀτέρμονας de speculis formae rotundae cum Schol. accipio, quae antiquior fortasse forma fuit. Est itaque epitheton ornans, quod vocant. Herm. *ingentem splendorem* significari putat, Boisson. infinitos splendores, „ea ratione, ni fallor, quod speculum in profundum vacuumque immensum quasi patere videatur, nulisque visum finibus coërceri fere dixeris.“ Eustath. ad Il. ἡ, 446. p. 690, 41. = 568. 20. ῥητέον, ὅτι τε ἐντεῦθεν παραφράσας Εὐριπίδης ἀτέρμονα ἔσοπτρα εἶπε τὰ κυκλοτερῆ, ὅπερ ταυτόν ἐστι τῷ ἀπείρονα. ἐπεὶ καὶ τὸ τέρμα καὶ τὸ πέρας τὸ αὐτὸ δηλοῦσι, καὶ ὅτι καθ' Ὅμηρον μὲν ἀπείρων ἡ ὅλη γῆ, ὅ ἐστι σφαιροειδὴς καὶ στρογγύλη. Cf. ad Iliad. ξ. p. 975. 31.

V. 908. ἐπιδέμνιος. Musgr. coni. ἐπιδείπνιος, *coena peracta*. Porson. levissimam mendam tamdiu servari non debuisse dicens, edidit ἐπιδέμνιον, *torum vestibus stratum*. At si δέμνιον unquam esset vestis, qua lectus sterni-

tur, ἐπιδέμνιος εὐνά esset torus, qui supra vestem illam extensus est. ἐπιδέμνιος πίπτω est *in lectum me coniicio*, cui ἐκ παραλλήλου additum ἐς εὐνάν. Tales pleonasmi non rari apud Tragicos. Aesch. Pers. 151. καὶ προςφθόγγοις δὲ χρεὼν αὐτὴν πάντας μύθοισι προςαυδᾷν. Ceterum
ος
οις
Flor. 33. ἐπὶ δεμνί.

V. 909. Flor. 2. Vict. τότε δὴ κτλ.

V. 910. 11. Ita distinxi hos versus, ut prior esset iambicus dimeter acatalecticus, alter e duobus creticis et anapaestico monometro compositus. Quum enim in hoc carmine numeri iambici cum anapaesticis mixti, i. e. logaoedici, regnent, cretici melius his accommodati esse videbantur.

V. 912. Ἰλιάδος Ald. rell. usque ad Brunck. Ἰλιάδα King. codd. Mosqu. B. C. D. Paris. A. Br. Aug. a. b. Gu. Florr. omnes praeter 18. 21. Vict. Eustath. ad Il. β΄. p. 206,
α
13. = 156, 14. Prooem. p. 5, 21. = 4, 18. Ἰλιάδος Flor. 33.

V. 913. King. πραθόντες. — ἥξετ' ἐς οἴκους Ald. rell. et MSS. omnes. Praepositionem deleverunt King. et Brunck.

V. 914. φίλα Ald. rell. φίλια King. codd. cuncti (de quo dubitat Pors.), Florr. omnes praeter 21ᵇ. 33. Vict. Aug. b. Mosq. B. C. D.

V. 915. Boisson. citat Etymol. M. v. Δωριάζειν et Hemsterh. ad Callim. fr. 66.

V. 917. ἡ Mosqu. D. Flor. 2. Vict. τλήμων Mosqu. A.
ἡ ἡ
D. Flor. 6. 9. 17. 18. 21. 21ᵇ. 33. 34. Havn. ἁ τλάμων. — οὐκ ἤνυσ', *nihil profeci, nihil consecuta sum*. vid. Valck. ad Theocr. 18, 17. Musgr. ad Soph. Oed. Col. 1838. Cf. infra 1143. Androm. 1109.

V. 920. Ald. Herv. 1. ἄπο σκοποῦσ', ut etiam Mosqu. B.

V. 923. Hunc versum laudat Eustath. ad Odyss. π΄. p. 1804, 19. Est ille in parenthesi et iungenda: ἄγομαι — — ἅλιον ἐπὶ πέλαγος, πόλιν τ' ἀποσκοπ. — — κατάρᾳ διδοῦσα.

V. 924. Διοςκούροιν Ald. rell. Διοςκόροιν Paris. A. Flor. 10. 21[b]. Διοσκούραν Mosqu. D. Phrynichus p. 100. Διόσκουροι· ὀρθότερον Διόσκοροι. γελάσεις οὖν τοὺς σὺν τῷ υ λέγοντας. Herodian. Piersoni p. 445. Οἱ Διόσκουροι σὺν τῷ υ, ὅταν πληθυντικῶς λέγονται· τῷ Διοσκόρῳ δὲ ἐν τῷ δυϊκῷ ἀριθμῷ ἄνευ τοῦ υ. Cf. Heind. ad Plat. Euthyd. p. 371. Schaefer. ad Gregor. p. 300. In Iphig. Aul. 759. metrum requirit Διοςκούρων.

sych. ubi nulla est in Cod. Veneto Medeae mentio, ὀλόμαν; ὀλόμαν apud Arist. Pac. 1007 sqq. ad quem locum suspicatur tantum Scholiastes, quae est hominis sagacitas, detorta ea esse e verbis Medeae v. 95. πῶς ἂν ὀλοίμαν, addit tamen, alios haec ex ipsius Melanthii Medea (vid. Elmsl. ad v. 96.) desumta dicere, denique versus a Brunckio ad Med. p. 400. e Stobaeo allati, ubi tamen Cod. Paris. lemma habet βιότου ἐκ μηδείας, si vero Euripidis sunt, optime Medeae personae in Aegeo convenirent, in nostra Medea vix locum habent. Facile autem fieri potuisse, ut, quum Euripides Medeae historiam in tres fabulas distribuerit, Peliades, Medeam, Aegeum, grammatici e Medea citarent, quae Peliadum vel Aegei essent, ut quod Schol. Arist. Ach. 119. e Medea adscribit: ὦ θερμόβουλον σπλάγχνον, vel quo Ennii versu Cic. ad Div. VII, 6. Off. III, 15. utitur, *Qui ipsus sibi Sapiens prodesse non quit, nequidquam sapit*, haud dubie verso e graeco Euripidis fr. inc. CXI. μισῶ σοφιστὴν, ὅςτις οὐχ αὑτῷ σοφός. qui non e Medeae fabula citatur, sed a Medea pronuntiatus commemoratur. Neque vero plus proficiunt, qui locis Ennii ex Medea citatis utuntur, quibus in nostra fabula nihil respondet; vel enim eorum incertus est auctor, ut eius, quod Osann. habet p. 124. XVIII. vel aperte a nostrae Medeae argumento aliena sunt, ut illud, quod Osann. habet p. 119. XIII. in quo etsi pro *Adsta* cum V. D. *Astu* legas, non tamen efficies, ut illud ab alio quoquam, nisi ab eo, qui Athenas ipsas accederet, pronuntiatum dicas propter imperativos *Contempla*, *adspice*. Itaque illud rectius ad Aegeum Ennii fabulam referri suspicatur Elmsl. p. 66.

Aliud argumentum, quo duplicem fuisse Medeae recensionem ab ipso poëta factam comprobaret, primus, nisi fallor, attulit Boeckhius de Aeschylo, Soph. Eurip. p. 166. quod Parmeniscus apud Schol. Med. 10. (cf. ad v. 276.) et Aelian. V. H. V, 21. tradunt, accepisse Euripidem a Corinthiis quinque talenta, ut Medeam ipsam faceret suos liberos interficientem, quos secundum alios Corinthii iugulavissent. *) Addit deinde: „Hoc Corinthii non nisi in altera edi-

*) Euripidem quidem auctorem fabulae de Medea liberorum interfectrice designare videtur Aristot. de poët. c. 15, 10. 11. (c. 14, 10 sqq. Herm.) Τοὺς μὲν οὖν παρειλημμένους μύθους

tione facere poterant: neque enim in priore consilium poëtae iis facile innotescere poterat. Nisi quis dicat, ab ipsis excitatum et provocatum tragicum ad Medeam scribendam esse." Ut nihil de fide Parmenisci dicam, de qua nihil constat, scholion illud nihil de eo habet, quod Eurip., antequam corruptus esset a Corinthiis, Medeae liberos a Corinthiis interfectos tradiderit, nec ulla causa est, cur locum aliter accipiamus, nisi Corinthios, ut infamiam caesorum Medeae liberorum, qua vulgo flagrabant, a se amoverent, Euripidem, poëtam ea aetate celeberrimum, cuius auctoritate crimen illud facile obscurari posset, eo perduxisse, ut Medeam in scenam induceret, ipsam liberos interficientem, et caedis crimen a Corinthiis in Medeam transferret ac derivaret, *ὡς ἄρα πέντε τάλαντα λαβὼν παρὰ Κορινθίων Εὐριπίδης μεταγάγοι τὴν σφαγὴν τῶν παίδων ἐπὶ τὴν Μήδειαν.* Ita nec opus est statuere, alios Tragicos Euripide superiores caedem puerorum in Corinthios contulisse; satis est, vulgari fama, cuius monumentum adeo exstaret (vid. Boeckh. p. 168.), hoc ita receptum fuisse. Carcinus autem, quem Medeam in cognomine tragoedia causam dicentem de caede liberorum fecisse auctor est Aristot. Rhet. II, 44., non antiquior ille esse videtur, quem ridet Aristophanes, sed Agrigentinus, Alexandri M. aequalis. vid. Boettiger. de Medea in Misc. philol. I, 1. p. 130.

Sed gravissimum est, quod ex Aristotele eruit Boettiger. prol. de Medea p. 123. l. c. Is enim de poët. c. 16, 9. (18, 12. Herm.) *φανερὸν οὖν ὅτι καὶ τὰς λύσεις τῶν μύθων ἐξ αὐτοῦ δεῖ τοῦ μύθου συμβαίνειν, καὶ μή, ὥσπερ ἐν τῇ Μηδείᾳ, ἀπὸ μηχανῆς.* His verbis significat philosophus, in Medea (ubi autem Medeam, non adiecto auctoris nomine, laudant, veteres Medeam Euripidis intelligunt) dei vel herois interventu fabulam ad exitum perduci: hoc enim est *ἀπὸ μηχανῆς*. Pollux IV, 128. *ἡ μηχανὴ δὲ θεοὺς δείκνυσι καὶ ἥρωας τοὺς ἐν ἀέρι, Βελλεροφόντας, ἢ Περσεῖς.* His autem verbis designari non poterat Medea alato

λύειν οὐκ ἔστι· — — αὐτὸν δὲ εὑρίσκειν δεῖ, καὶ τοῖς παραδεδομένοις χρῆσθαι καλῶς. τὸ δὲ καλῶς τί λέγομεν, εἴπωμεν σαφέστερον. Ἔστι μὲν γὰρ οὕτω γίνεσθαι τὴν πρᾶξιν, ὥσπερ οἱ παλαιοὶ ἐποίουν, εἰδότας καὶ γινώσκοντας, καθάπερ καὶ Εὐριπίδης ἐποίησεν ἀποκτείνουσαν τοὺς παῖδας τὴν Μήδειαν. Nec hoc fugit Böttiger. in prol. de Medea p. 126.

curru insistens. Itaque suspicatur Boettiger. in priore fabulae editione Iunonis aliquas in fine partes fuisse. „Hoc certe apparet, inquit, totam ῥῆσιν Medeae, qua in ea, quae adhuc legitur, fabula sepulturam filiorum et sacra in illorum honorem instituenda praedicat 1368 — 1373. melius quadrare in Iunonem, quam in feminam, fugam quam celerrime capessentem. Nec minus offendunt, quae statim sequuntur, de morte Iasonis, fragmentis Argus navis capiti dormientis illisis, olim impendente. Veneficam Medeam norunt ii quoque, qui nondum aere lavantur. Sed quis unquam fando accepit, vaticinatam esse Medeam et fatidicam mulierem futura praedixisse? Ponamus, Iunonem haec profari. Pulcherrime cohaerent omnia. Aperte hic suturae hiscentis et male coeuntis sunt vestigia; fragmentum est e priori ἐκδόσει in hanc posteriorem non satis apte translatum. Et sensit hoc iam pro ea, qua polluit, sagacitate *Musgravius.*" Haec ille. Verba ἀπὸ μηχανῆς aliter quidem accepit Dan. Heinsius de tragoed. constitutione c. 12. p. 97 sq. ubi machinam fuisse vel cum deo vel sine illo disputat, illius exemplum affert ex Oreste, Ione, Hippolyto, machinam sine deo praesens esse effugium dicit, cum persona, quae evadere non possit, machina elabatur, sicut Euripidis Medea. Machinam non in deorum tantum interventu adhibitam esse demonstrat locus Pollucis, ubi Bellerophontem et Perseum in ea exhiberi dicit, alterum coelum Pegaso petentem (ad cuius similitudinem ab Aristophane in Pace Trygaeum scarabaeo in coelum evolantem effictum esse sagaciter vidit Boettiger. in prol. *de deo ex machina* (Vim. 1800.) p. XIII. not. *), alterum Andromedae opem desuper ferentem. Neque tamen hoc loco efficitur, quod volunt viri eruditi, qui Euripidem ipsum bis edidisse Medeam contendunt. Aristoteles enim ita de Medeae fabula loquitur, ut nullam aliam praeter eam nosse videatur. In ea autem ipsius adhuc aetate μηχανὴ conspiciebatur. Mortuus autem est Euripides Ol. 93, 3. quum nondum natus esset Aristoteles, siquidem is Ol. 99, 1. natus esse narratur. Itaque fabulae forma ea, quae machinam habebat, quinquaginta minimum annis post Euripidis mortem adhuc supererat, et, si umquam immutata est, ab homine Aristotelis aetate inferiore in eam, qua nunc est, formam mutata est. Nec Neophronis aetate, sive is Alexandro M. regnante, sive serius vixit, alius fabulae exitus esse potuit,

quam qui nunc est; quod enim is quoque Iasoni mortis genus praedicentem fecit Medeam (vid. Schol. ad 1377.), id haud dubie ex imitatione Euripidis fecit. Restat vero alia etiam difficultas in loco Aristotelis; dicit enim: μηχανῇ χρηστέον ἐπὶ τὰ ἔξω τοῦ δράματος — — ἢ ὅσα ὕστερον γέγονεν, ἃ δεῖται προαγορεύσεως καὶ ἀγγελίας. Iam vero si in ea, quam legerat Aristoteles, fabula Iunoni hae partes tributae fuissent, ut ea, quae Iasoni instarent, vaticinaretur, nulla fuisset causa reprehensionis: deae enim assignata fuissent, quae convenirent deae. Itaque in ea Medea, quam Aristoteles l. c. respicit, Iuno hanc vaticinationem peragere non potuit, sed mortalis femina, et in Euripide reprehendere videtur philosophus, non quod omnino machina usus sit, sed quod hominem, non deam, in ea exhibuerit. Hoc modo concidit tota illa ratiocinatio, Aristotelis loco suffulta. Quod vero ad genus mortis, Iasoni destinatum, pertinet, non minus illud ridiculum esset, si a Iunone praediceretur; vaticinari autem Medeam non magis offendere debet, quam quod Polymestor in Hecuba vaticinatur, nec hoc offendit Neophronem, qui similiter Medeam futuram Iasoni sortem praedicentem induxit. Fortasse autem consulto Euripides Medeae has partes in fine fabulae dedit, ut de festo pueris instituendo loqueretur. Quum enim se sacra solennia ad expiandam caedem instituturam dicit, hoc documento esse poterat, pueros a matre ipsa, non a Corinthiis, occisos esse, et festum, quod secundum Pausaniam II, 3. usque ad Corinthum a Romanis excisam permansit, non a Corinthiis, ut suum facinus expiarent, sed a Medea, deorum irae avertendae causa *), institutum esse. Si Iuno has partes egisset (etsi non solent dii piacularia ob caedem ab

*) *Si Medea ipsa liberos trucidavit, qui potuit ea caedem tam foedo nomine appellare, qui Corinthiis iubere, ut instituerent sacra propter eam?* verba sunt Boeckhii p. 167. Nomen quidem δυσσεβοῦς φόνου v. 1373. non foedius est eo, quo et ipsa v. 791. suum facinus appellat, et Orestes caedem maternam a se perpetratam ἔργον ἀνοσιώτατον vocat Or. 276. Neque vero Medea iubet Corinthios sacra illa instituere, sed ipsa se instituturam dicit, σεμνὴν ἑορτὴν καὶ τέλη προσάψομεν, haud dubie ut scelus conceptum expiaret et deos, imprimis Iunonem, placaret.

homine commissam instituere), minorem hoc vim habuisset ad Corinthios crimine absolvendos. *)

Ita quocunque te vertas, nusquam sunt argumenta satis gravia, quibus duplicem fuisse Medeae editionem demonstretur. Contra, quum et loca, quae antiqui scriptores ex hac fabula attulerunt, omnia iisdem fere verbis in ea inveniantur, et ex Ennii fragmentis Medeae viginti, quae enumeravit Osann., quatuordecim in ea sedem commodam inveniant, nullam aliam praeter hanc Euripidis Medeam fuisse credere licet.

V. 1. *διαπτᾶσθαι* Ald. rell. Rom. B. C. E. Florr. *διασπᾶσθαι* Rom. D. *διαπτάσθαι* Rom. A. (in textu, sed *διαπτᾶσθαι* in scholio) Havn. Lasc. et sic citat Eustathius locis a Porsono allatis, quibus adde Il. φ'. p. 1248, 54. etiam Scapulae notam in Append. Lex. p. 156. Hoc recte revocavit Porson.; neque enim *θέμα* est *πτάομαι*, *πτῶμαι*, sed aorist. *ἐπτάμην*, unde *πτάσθαι* fieri monet Eustath. ad Od. ά. p. 1419, 49. (59, 38.). De Ennii versibus hinc expressis vid. Osann. aual. p. 106 sq. Boissonad. citat P. Manut. ad Cic. pro Coelio c: 8. Colomesium ad Quint. X. c. 10. — *σκάφους* pro *σκάφος* Flor. 15.

V. 2. Brunck. *Ξυμπληγάδας*. vid. Elmslei.

V. 3. *μήδ'* recte Ald. rell. Havn. *μηδ'* Barn. sqq. *Πηλείου* Havn. — *ποτέ* Lasc. quatuor Romani, Havn.

V. 4. *Mallem μήτ' ἐρετμῶσαι* inquit Brunckius. Male. *Μήτε* post *μὴ* vel *μηδὲ* soloecum est. ELMSL. Quod scire vellem qua ratione e natura particularum demonstrare conetur. Cf. infra ad 1346. et Boeckh. ad Pind. Pyth. 5, 48. — Musgr. coniecturam *χέρες* pro *χέρας* (*χέρες* marg. Cod. S. „quidam *χέρες*, *ὤφελον*. et sic legendum. T.") refutavit Porson.

*) Vix opus est refellere, quod Lenzius in Annal. litter. philol. Heidelb. 1808. attulit ad duplicem fabulae editionem demonstrandam, quod v. 379. Medea maritum se **interfecturam** minatur, quem tamen postea non **interficiat**. Nempe sententiam mutat, et se gravius ulturam esse Iasonem, si et sponsam et liberos interfecerit, sperat. Vid. v. 769 sqq.

V. 5. *ἀρίστων*. Wakefield. ad calc. Lucr. Porson. ad h. l. et Schaefer. ad Porsoni notam legendum suspicantur *ἀριστέων*, quod neque damnandum, si ita scriptum reperiretur, neque, quum in altera lectione libri consentiant, praeferendum videtur. — *αἵ τὸ πάγχρ. δ.*, scil. *χεῖρες*, Rom. B. — *δέρας* vulgo. *δέρος* MS. E. Lib. P. Flor. 2. Vict. Eustath. ad Il. *έ*, p. 600, 11. (456, 51.) quod, ut exquisitius, cum Porsono praetuli.

V. 9. Schol. ed. Iunt. Basil. *σὺ δ' ἂν* et *Πελειάδας*.

V. 12. Sic MSS. et edd. Locus variorum coniecturis vexatus. Cant. Nov. L. II, 21. *φυλῇ* vel *ψυχῇ πολιτῶν*, Barn. *φυγῇ πολίταις*, Reisk. *φυῇ* aut *φύτλῃ πολιτῶν*, Pierson. Verisim. p. 58. *φυγὰς πολίταις*, Musgr. *ὀργῇ πολιτῶν*, Wyttenb. Bibl. cr. II, 1. p. 40. *φύσει πολιτῶν*, Iacobsius Anim. in Eurip. p. 21. *φύσει πολίταις*. Brunck. ed. *φυγῇ πολίτας*, *ἁνδάνειν* cum accusativo iungi posse ratus. Vid. ad Or. 1602. Porson. Barnesium secutus est. Iam Aem. Portus vulgatam defendit accipiens pro *ἁνδάνουσα πολίταις, ὧν ἀφ. χθ.* ut Demosth. Olynth. II. p. 21. D. (p. 18, 13. Reisk.) *ὡς ἔστι τῶν αἰσχρῶν, μᾶλλον δὲ τῶν αἰσχίστων, μὴ μόνον πόλεων καὶ τόπων ὧν ἦμέν ποτε κύριοι, φαίνεσθαι προϊεμένους* — — pro *πόλεις καὶ τόπους, ὧν*, de qua vi relativi vid. ad Orest. 1624. Elmsleius tamen negat, ex eo, quod accusativus pro nominativo, genitivus aut dativus pro accusativo usurpentur, recte colligi posse, genitivum pro dativo usurpari posse; deinde etsi optime graece dici possit *πολιτῶν μὲν ὧν ἀφίκετο χθόνα ἁνδάνουσα*, dubitari tamen posse, an recte dicatur *ἁνδάνουσα μὲν πολιτῶν ὧν ἀφ. χθ.* Et hoc quidem facile redargui potest loco Platonis Menon. p. 96. A. (p. 381. Bip.) *ἔχεις οὖν εἰπεῖν ἄλλου ὁτουοῦν πράγματος οὗ οἱ μὲν φ.* etc. ubi etiam verbum accusativum requirens genitivo e pronomine relativo pendenti praemittitur. Genitivi autem pro dativo positi exemplum ipse Elmsl. attulit Heracl. 67. *ἐγὼ δὲ τούςδε, κἂν σὺ μὴ θέλῃς, ἄξω κομίζων, οὗπερ εἴσ' Εὐρυσθέως*, pro *ἄξω κομίζων Εὐρυσθεῖ, οὗπερ εἰσί.* Dativus propter pronominis sequentis casum in accusativum abiit apud Herod. I, 108. *πρῆγμα τὸ ἄν τοι προςθέω, μηδαμᾶ παραχρήσῃ.* Quomodo vero e planissima lectione *ἁνδάνουσα πολίταις, ὧν ἀφ. χθ.* altera longe difficilior effici potuerit, non assequor; nam qui errores e

scripturae compendiis orti sunt, iis lectiones exquisitiores effici non solent. Hinc in Rom. A. *φυγῇ πολιτῶν* recentior quidem manus, sed quae multas lectiones haud contemnendas annotavit, supra — *ῶν* scripsit — *αις*, quae correctio s. coniectura est Viri docti, qui genitivum *πολιτῶν* quomodo explicaret, non habebat. — Sed Elmsleius praeterea scribendum ait *φυγῇ μὲν ἁνδάνουσα* e schol. *τὸ δὲ ἁνδάνουσα, ὀρθὴ ἀντὶ δοτικῆς, ἀντὶ τοῦ ἁνδανούσῃ.* hoc enim velle grammaticum, *ἁνδάνουσα φυγή* per appositionem dici pro *ἁνδανούσῃ φυγῇ.* At quamvis infra 1210. *τὸ πέλας κεῖσθαι* recte dici possit *ποθεινὴ δακρύοισι συμφορά*, et Heracl. 70. *τὸ τὰ στέφη μιαίνεσθαι* non minus bene *πόλει τ' ὄνειδος καὶ θεῶν ἀτιμία*, non video tamen, quomodo *τὸ κατοικεῖν γῆν Κορινθίαν* dici possit *φυγὴ ἁνδάνουσα πολίταις*, neque ab enuntiatione secundaria, quales sunt eae, quae appositionem continent, ita ad primariam rediri solet, *ἁνδάνουσα μὲν φυγῇ, αὐτή τε* i. e. *Μήδεια.* Potius hoc voluisse videtur schol., quum proprie *φυγὴ ἁνδάνειν*, *exsilium* Medeae *placere* Corinthiis dici debuisset, verbum ad Medeam relatum esse, ut non exsilium Medeae, sed Medea propter fugam placuisse diceretur.

V. 13. Stobaeus Tit. 74. p. 441. = 325. *αὐτὴ δέ*, quod receperunt Beck. et Elmsl. quum inter se opponantur *ἁνδάνουσα μὲν φυγῇ* et *αὐτὴ δέ.* Rom. A. B. *αὐτή τε.* — *ξυμφέρουσ'* Rom. A. B. Plat. Leg. XI. p. 929. E. *ἐὰν δὲ ἀνὴρ καὶ γυνὴ μηδαμῇ ξυμφέρωνται.*

V. 14. *ἥπερ.* Similiter Ion. 937. *πρόσβορρον ἄντρον, ἃς Μακρὰς κικλήσκομεν.* Vid. Gramm. gr. §. 440. 7. Eustath. ad Il. *l.* p. 734, 11. *τὸ δὲ ὃ τε κράτος ἐστὶ μέγιστον* (Il. *ι*, 39.) *ἴσως μὲν ἐσχημάτισται· ἦν γὰρ κοινότερον εἰπεῖν, ἥ τε κράτος ἐστὶ μέγιστον, ὡς τῆς ἀλκῆς τοιαύτης οὔσης. καθὰ καὶ ἀνωτέρω τὸ, μαχήσομαι, ὃ θέμις ἐστίν. ἄλλως ἐσχηματίσθη κατὰ θῆλυ γένος, ἣ θέμις ἐστί. καὶ παρ' Εὐριπίδῃ δὲ τὸ πάντα συμφέρουσα, ὃ λίαν σώζει, ὅμοιον σχῆμα ἔσχε τῷ ἥπερ μεγίστη γίνεται σωτηρία.* Musgr. coni. *ὅπερ.* Cum his V. D. in *Classic. Journ.* comparat Phocyl. 183 sqq. *τί γὰρ ἥδυτερον καὶ ἄρειον, ἢ ὅταν ἀνδρὶ γυνὴ φρονέῃ φίλα γήραος ἄχρι, καὶ πόσις ᾗ ἀλόχῳ, μηδ' ἐμπέσῃ ἄνδιχα νεῖκος;* Qui locus, ut noster, expressus videtur ex

Homerico Od. ζ, 182. citato ab Elmsl. in Add. οὐ μὲν γὰρ τοῦ γε κρεῖσσον καὶ ἄρειον, Ἢ ὅθ' ὁμοφρονέοντε νοήμασιν οἶκον ἔχητον Ἀνὴρ ἠδὲ γυνή.

V. 17. αὐτοῦ. Sic Lasc. prout edidit Barnes. Ald. et edd. αὐτοῦ. αὐτοῦ, non αὑτοῦ, in prima et secunda persona semper scribendum censet Elmsl. ad Soph. Oed. T. 138.

V. 19. De voc. αἰσυμνᾶν cf. Aristot. de rep. III, 10. in. τρίτη δὲ βασιλεία, ἣν αἰσυμνητείαν προςαγορεύουσιν· αὕτη δ' ἐστὶν αἱρετὴ τυραννίς. et III, 9, 5. Δύο μὲν οὖν εἴδη ταῦτα μοναρχίας· ἕτερον δὲ, ὅπερ ἦν ἐν τοῖς ἀρχαίοις Ἕλλησιν, οὓς καλοῦσιν Αἰσυμνήτας· ἔστι δὲ τοῦθ', ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, αἱρετὴ τυραννίς, διαφέρουσα δὲ τῆς βαρβαρικῆς οὐ τῷ μὴ κατὰ νόμον, ἀλλὰ τῷ μὴ πάτριος εἶναι μόνον. Talem aesymnetam ibidem Pittacum vocat.

V. 21. δεξιάς Lasc. Ald. rell. Florr. δεξιᾶς πίστιν μεγίστην coni. Iortin. ap. Musgr. et sic Paris. A. Rom. A. B. D. et PseudoGregorius v. 50. Hoc receperunt Brunck. Porson. Elmsl. Mihi δεξιᾶς πίστιν μεγίστην potius e librariorum errore ortum videtur, quam δεξιάς, πίστιν μεγίστην: nam si apud Soph. O. C. 1632. χερὸς σῆς πίστιν ἀρχαίαν, Phil. 813. χειρὸς πίστιν legitur, non continuo sequitur, ubique sic scribendum esse. Appositionis etiam loco esse verba πίστιν μεγίστην, ex adiecto superlativo colligo; si esset πίστιν βεβαίαν, vel πίστιν per se, δεξιᾶς scribendum censerem. Sic Hippol. 1034. ὅρκους παρασχὼν, πίστιν οὐ σμικρὰν θεῶν, at 1299. ὅρκων ἀφεῖλε πίστιν.

V. 23. ἀμοιβᾶς Havn.

V. 24. ἀλγηδόσι Ald. rell. Par. A. Rom. A. Flor. 15. Havn. ἀλγηδόσιν Rom. B. C. Mag. Flor. 2. Vict. ἀλγηδόνι Lasc. Schol. ad v. 96. Rom. D. E. Par. D. Flor. 10. Hoc recepit Porson., illud retinuit Elmsl.

V. 25. συντήκουσα. Flor. 10. γρ. συντείνουσα.

V. 28. 29. Valcken. ad Hippol. 304. coniecturam, ὡς δὲ πέτρος ἐνθαλάσσιος Κλύδων, ἀκούει ν. φ. recte refutavit Porson. loco Androm. 528. τί με προςπίπτεις, ἁλίαν πέτραν ἢ κῦμα λιταῖς ὡς ἱκετεύων; Cf. Aesch. Prom. 1009. ὀχλεῖς μάτην με, κῦμ' ὅπως παρηγορῶν, quem locum comparat Monk. ad Hipp. 304.

V. 30. ἦν μήποτε Rom. C. E. quod idem fuerat in

Rom. A. ἢ μήποτε Rom. A. e corr. (c. gl. γρ. ἦν) D. στρέψασαν Rom. A. — κάρα pro δέρην Lib. P. Mag. Flor. 2. Vict. fortasse ex Hecub. 495. nam ex altera recensione illud remansisse, quae Osanni est sententia, non videtur. πάνλευκον Rom. A. B.

V. 31. Flor. 10. πατέρα "ποιμώξει. ἀποιμώξει etiam Havn. πρα "ποιμώζει Flor. 15. ἀποιμώζει Rom. A. B. Verum videtur ἀποιμώζῃ, quod Elmsl. censet.

V. 32. Havn. ἀφῖκτο.

V. 33. ὅ σφε Flor. 2. 15. Rom. A. B. E. ὥς σφε Rom. D. νιν pro νῦν Rom. A. e corr. B. μιν pro νῦν Havn.

V. 34. Rom. D. ἔγνωκε δὲ τάλαινα. Auctor X. Π. 52. ἔγνω καὶ ἡ τάλ. at 947. ἔγνω γὰρ ἡ τάλ. Idem συμφορῶν pro συμφορᾶς. Versum citat Eust. th. ad Il. ύ. p. 1203, 30. ubi Homericum ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω comparat.

V. 35. πατρῴαν Flor. 15. μὴ ἀπολείπεσθαι Rom. A. B. D. E. Lasc. B. Flor. 10. 15. Havn. quam meliorem scribendi rationem esse monuit Elmsl. ad Heracl. 460. ἀπολείπεσθαι *privari* explicat Elmsl. allato Or. 216. et in Add. Soph. El. 1167.

V. 37. κακόν pro νέον Lasc. Rom. A. B. D. E. (in A. B. γρ. νέον.) Flor. 10. sive glossa in textum illata, sive e v. 311.

V. 39. ἐγ' ᾧδα Ald. rell. ante Barn. ἐγῷδα Lasc. Flor. 10. ἐγῷ δα Flor. 2. ἐγὼ δὲ Rom. D. ἐγῴδα Paris. A. ut iam edidit Barnes. ἐγῴδα rectiorem scripturam habet Elmsleius nescio qua de causa signo craseos offensus. — δειμαίνω δέ νιν Ald. rell. Rom. C. τε pro δέ Lasc. Par. A. Flor. 2. 15. Rom. A. B. D. E. Havn. quod rec. Brunck. Porson.

V. 41. hic delendum, e versu 383. huc retractum scilicet, censet Musgr. „Cur enim Medea in propriam domum σιγῇ irreperet, nulla ratio erat, in alienam et inimicam, multae. Neque porro apparet, cur in cubili potissimum se occideret Medea; ad Iasonem et Creusam simul opprimendos nullus aptior locus erat." Quae vanissima sunt. Silentio domum suam intrat, indice mentis gravissima moestitia perturbatae. Sic apud Soph. Trach. 813. Deianirae caedem

suam, iam meditanti et abeunti chorus: τί σῖγ' ἀφέρπεις; inquit, et apud eumdem Oed. T. 1073. chorus de Iocasta: τί ποτε βέβηκεν, Οἰδίπους, ὑπ' ἀγρίας ἄξασα λύπης ἡ γυνή; δέδοιχ' ὅπως μὴ 'κ τῆς σιωπῆς τῆσδ' ἀναῤῥήξει κακά. Hercules etiam ante filiorum caedem ἔστη σιωπῇ Herc. f. 910. In lecto geniali vero saepe se interficiunt mulieres, vel ante obitum ei incumbunt, ut Iocasta Soph. Oed. T. 1242. Deianira Trach. 912 sqq. Alcestis ap. Eur. Alc. 175. Dido ap. Virg. Aen. IV, 648 sqq. At „metuit nutrix, ne liberos interficiat Medea" inquit Elmsl. Si hoc voluit Euripides, nimis aenigmatice locutus est. Timet quidem nutrix liberis Medeae v. 36. 91. 101. 179. sed tam horrendum facinus cogitare adhuc refugit. Itaque indefinite potius loqui videtur nutrix, hoc quidem suspicans fore, ut *aliquem* interficiat, utrum se ipsam, an liberos, dubitans; hinc ὤσῃ dixit, non ὤσηται. Proniorem tamen se esse in priorem sententiam, significat adiecto versu 41. Itaque rectius iudicasse videntur Valcken. ad Phoen. 1286. et Pierson. Veris. p. 59. hoc loco versum servandum, infra delendum censentes: nam utroque loco servari non potest, quo futurum esset, ut altero loco de Medea se ipsam, altero de eadem Creusam et Iasonem interficiente acciperetur. Ceterum Lasc. A. εἰς βᾶς. ἐςβᾶσ' Flor. 2. Vict. infra v. 384.

V. 42. Rom. C. τυράννων. τύραννον i. e. *regiam filiam*, vid. Elmsl.

V. 43. omissus est in Flor. 15. Pro λάβῃ Havn. λάβοι.

V. 44. οὔτοι. Flor. 2. 10. Vict. Rom. C. Mag. Havn. οὔτι.

V. 45. ᾄσεται ex emendatione Mureti V. L. III, 11. pro οἴσεται. Vulgatam tamen defendit Heyne ad Pind. Ol. IX. in. καλλίνικον στέφανον intelligens.

V. 46. Stob. Tit. LXXVIII. ed. Trincav. ἀλλ'. οἵγε παῖδες. Photius v. τροχὸν, ἄλλοι δὲ παῖδες et τροχῶν.

V. 47. ἐκνοούμενοι Flor. 10.

V. 48. νέα φροντὶς, *animus iuvenilis s. puerilis*, ut Pind. Ol. 2, 78. νέοις ἐν ἀέθλοις, *in certaminibus iuvenum*.

V. 49. Πρέσβυς pro Παιδαγ. Havn.

V. 51. Eustath. ad Il. δ. p. 494, 22. ed. Rom. τοῦ

δὲ θρόος προϋπόκειται ῥῆμα τὸ θρέω, ἤγουν συνθορυβῶ, βοῶ ἢ λαλῶ (scr. σὺν θορύβῳ βοῶ ἢ λ.), οἷον παθεα θρεομένης (Hipp. 363.) καὶ θρεομένη σαυτῇ κακά. ἐκ δὲ τοῦ θρόος συνῄρηται ὁ θροῦς, ἐξ αὐτῶν δὲ ὁ ἀθρόος καὶ ὁ ἄθρους. Rom. A. a corr. B. θεωμένη.

V. 52. Porson. Elmsl. πῶς σοῦ. Equidem emphasin nullam video in pronomine. Sic tamen Rom. A. B. C. Sensus est: *qui fit, ut Medea a te relinqui, ut sola sit, velit?*

V. 55. πιτνοῦντα Ald. rell. Lasc. B. πιτνόντα Rom. A. B. C. πιτνῶντα Rom. E. Aelian. H. An. VII, 28. Havn. πίπτοντα Stob. Tit. LXII. p. 384 = 237. πίτνοντα Rom. D. Flor. 10. 15. Eumath. VII. p. 314. Formae praesentis πιτνῶ primus litem movit Elmslei. ad Heracl. 77. et πίτνω, πίτνεις, πίτνει scribendum contendit, quod contra barbarum dicit Hermann. ad Eur. Herc. fur. 1371. At ἔπιτνον pro aoristo secundo verbi πιτνέω vix haberi potest, quum verba pura, quae vocant, nullum habeant aoristum secundum. Itaque Hermann. ad Pind. Ol. 2, 41. ἔπιτνον aoristum dicit verbi πίτνω. Accedit, quod, ubi πιτνών, πιτνόντες etc. occurrunt, praesenti vel imperfecto potius, quam aoristo, locus esse videtur, ut Aesch. Pers. 460. quem locum adfert Herm. ad Herc. f. In Phoen. 1472. pro praesenti habeo πιτνόντων, ut Suppl. 693. Iph. T. 48. ἔδοξα — — θριγκὸν εἰςιδεῖν δόμων πίτνοντα, non πιτνόντα. Nullum vero locum memini, ubi πιτνόντα, πιτνόντες necessario pro aoristi partic. habenda sint. In plerisque locis etiam Codd. variant, cuius rei exempla ad h. l. attulit Elmsl. Itaque de praesente πίτνω dubitare vix licet, et recte Brunck. Soph. Oed. C. 1754. edidit ὦ τέκνον Αἰγέως, προςπίτνομέν σοι, flagitante etiam metro. πιτνῶ an omnino extirpandum sit, non audeo decernere.

V. 58. μολούσῃ Lasc. Ald. rell. et plerique MSS. et Schol. Dativum etiam hic legisse videtur Philemon apud Athen. VII. p. 288. D. hunc locum παρῳδῶν, ὡς ἵμερός μ' ὑπῆλθε γῇ τε κοὐρανῷ λέξαι μολόντι, τοὖψον ὡς ἐσκεύασα. μολοῦσαν Par. E. Lib. P. Mag. et X. Π. 57. μολοῦσαν Flor. 2. quod profectum videtur ab eo, qui ὑπῆλθε με — μολούσῃ non concoqueret. Sic tamen Iphig. A. 481 sq. in omnibus Codd. legitur ἄλλως τέ μ' ἔλεος τῆς ταλαιπώρου κόρης ἐςῆλθε, συγγένειαν ἐννοουμένῳ, ubi minus recte

Marklandi coniecturam ἐννοούμενον recepi. Ex eodem genere haec est enallage casus, e quo illud πέπαλται ἐμοὶ φίλον ἦτορ, τόνδε κλύουσαν οἶκτον. Vide praeter eos, quos citavi Gramm. gr. §. 555. not. 3. p. 807. y., Duker. ad Thuc. VII, 70. Wyttenb. Bibl. crit. II, 1. p. 43. Iacobs ad Athen. p. 97. Boeckh. ad Pind. Pyth. 9, 93. Ad verba γῇ τε κοὐρανῷ λέξαι Boissonad. citat Vauviller. ad Electr. p. 33. notas ad Gregor. Cor. p. 136. et Valcken. ad Callim. el. p. 209.

Μηδείας τύχας Ald. rell. Codd. Rom. A. (in quo supra scriptum ab eadem m. ἡ δεσποίνης) B. C. δεσποίνης τύχας Lasc. Cott. Rom. D. E. Flor. 10. 15. Havn. Schol. ad Phoen. 1. in codd. Aug. et Havn. quod recte recepit Porson.

V. 60. Rom. A. a corr. ζηλοῦσ', suprascr. γρ. ῶ. *Beatus es, quod Medeam a luctu cessare putas*, quae est ironica locutio pro *gravissime erras*. Ridicula est Schneideri explicatio in lex. gr.

V. 61. δεσπόταις Ald. rell. δεσπότας Lasc. omn. Rom. et Paris. Florr. Vict. Havn.

V. 62. V. D. in *Classic. Journ.* n. 3. p. 611. post versum 81. transponendum censet.

V. 63. γηραιέ Rom. A. B.

V. 65. σύγγονον pro σύνδουλον Rom. D.

V. 67. ἤκ. τοῦ λέγ. Rom. C.

V. 68. παλαίτεροι e *X. Π.* 1178. scribendum monuit Pierson. ad Moer. p. 352. Quod etsi mihi quoque verius videtur, (neque enim usquam senes vocantur οἱ παλαίτατοι vel οἱ γεραίτατοι) tamen ob librorum consensum mutare non ausus sum. Neque satis gravis Pseudogregorii est auctoritas. Piersono obsecuti sunt Brunck. Porson. Elmsl.

V. 71. μέλλοι Flor. 10. 15. Rom. A. B. D. quod paulo melius est, ait Elmsl. — Pro κοίρανος Rom. E. τύραννος.

V. 73. τάδε *X. Π.* 1183. quod praefert Porson. recepit Elmsl.

V. 74. καὶ τοῦτ' Rom. C.

V. 77. *X. Π.* 1192. Rom. A. a pr. m. κοὐκέτ' ἐκεῖνος. Rom. A. e corr. κοὐκέστ' ἐκ. Rom. D. E. κοὐκ ἔσται ἐκ. Schol. κοὐκ ἔστιν ἐκεῖνος.

V. 79. ἐξηντληκέναι. Huc respexisse Hesychium v. Ἐξηντηκέναι, ἐξαπατῆσαι, leg. Ἐξηντληκέναι, ἐξαπαντλῆσαι, monet V. D. in *Classic. Journ.* n. 14. p. 303.

V. 80. Rom. C. αὐτάρ. Tum τόδε Lasc. Rom. A. B. D. E. Flor. 10. 15. Havn.

V. 81. λόγους Ald. rell. λόγοις Lasc. A. λόγος Vict. λόγον omn. Rom. Paris. A. Flor. 2. 10. 15. Havn.

V. 82. Rom. C. D. Flor. 2. ἡμᾶς. Lasc. B. ὑμᾶς.

V. 83. Lasc. A. ὅλ. μὲν δή.

V. 84. γ' omittunt Rom. A. B. D. E. Flor. 10. 15. Havn. — Tum Havn. εὑρίσκεται, sed in marg. ἁλίσκεται.

V. 85. τίς δ' οὐχὶ θνητῶν; ἄρτι γινώσκεις τόδε. Sic Ald. Brub. Herv. 1. γινώσκεις etiam Lasc. B. Rom. A. B. D. E. Paris. omn. Florr. Havn. e quibus Flor. 2. γιγνώσκεις. γινώσκεις Herv. 2. Canter. Barn. et sic C. Lasc. A. Rom. C. Vid. Schol. Victor. V. L. XIV, 6.

V. 86. τῶν πέλας legendum videtur Elmsleio. Apud Tragicos enim saepe memorari τοὺς πέλας, nunquam τὸν πέλας. Rectius Brunck. ad Soph. Ant. 479. „οἱ πέλας sunt *quivis alii: ὁ πέλας alius quivis.* Vide Gataker. Opp. T. I. p. 526."

V. 87. Ante hunc versum alium excidisse suspicabatur Musgr. ipsum spurium esse Brunck. In MS. S. annotatum ad 87. 88.: Interpres hos versus non agnoscit. οἱ μὲν διὰ κλέος coni. I. Gulielmius Veris. I. 16. Vulgata satis commodum parere sensum videbatur Wyttenb. Bibl. crit. II, 1. p. 44 sq. quem eleganter expresserit H. Grotius Exc. Trag. et Com. p. 190. *Adeone morem seculi ignoras, sibi Ut quisque cupiat esse melius quam alteri, Pars iure, pars privata dum inhiant commoda, Quando iste sobolem posthabet lecto pater.* Optime sensum declaravit Elmslei. idem enim esse ac si dixisset, omnes sibi malle melius esse quam alteri, tam probos, (Soph. O. C. 309. τίς γὰρ ἐσθλὸς οὐχ αὑτῷ φίλος;) quam improbos; κέρδους χάριν esse i. q. ἀδίκως, nam δίκην et κέρδος inter se opponi. Versum Terentianum ex Andr. II, 5. iam Victorius comparavit. Ceterum Havn. καὶ ante κέρδους omittit.

V. 88. εἰ h. l. est *quando, quandoquidem,* sed cum dubitationis aliqua significatione, *si verum est, quod di-*

cis, patrem liberos propter novum coniugium non amare. Ex quo patet, οὐ, quod sequitur, non cum εἰ, sed cum sq. verbo iungendum esse, ut Soph. Ai. 1131. *εἰ τοὺς θανόντας οὐκ ἐᾷς θάπτειν παρών.* Vid. Hermann. ad Viger. p. 833. n. 309. Male igitur Elmsl. scripsit *καὶ τούσδε γ' ἐ.* Pro *τούσδε γ' εὐνῆς* Havn. *τούσδ' εὐγενεῖς.*

V. 89. *ἔστε* pro *ἔσται* Havn. — *εἴσω* Ald. rell. Rom. C. D. E. Florr. *ἔσω* Lasc. Paris. A. Rom. A. B. Hoc dedi, ubicunque per metrum licebat. Elmsleius, quamvis *ἐς, ἔσω* formae poeticae sint, tragicis propriae, comicis non usurpatae, nihil omnino interesse contendit, in quinta senarii sede iambus an spondeus ponatur.

V. 90. *σὺ θ'* Ald. rell. Rom. C. Flor. 2. Havn. *σὺ δ'* Lasc. Paris. A. Flor. 10. Rom. A. B. D. *σὺ δὲ μάλ.* Flor. 15.

V. 93. *τις* pro *τι* Flor. 15. *παύεται* Rom. C. Havn.

V. 94. *χόλον* Lasc. *οἶσθα* pro *οἶδα* Havn. — Elmsleio ad h. l. et Blomfieldio gloss. Pers. 520. legendum videtur *πρὶν κατασκῆψαί τινι.*

V. 96 sqq. simile quid observasse mihi videor atque in Hec. 95. in Medeae verbis Doricas formas in Codd. vel constanter servari, vel in nonnullis certe offerri, in nutricis oratione rarius eas reperiri. Omnes v. c. v. 97. *ὀλοίμαν,* v. 114. *στυγερᾶς ματρός* (Lasc. A. *μητρός*). Maior pars Codd. *δύστανος* v. 96. *τλάμων* v. 112. Itaque recte Elmsl. in Medeae verbis Doricas formas servavit, nutrici autem communes ubique restituit. Quae, inquit, post scenam magno animi affectu commota dicit Medea, *μέλος* esse videntur, ideoque recte Doricas formas accipiunt; quae autem nutrici tribuuntur, utpote sermoni propiora, communi lingua concepta sunt.

V. 96. *ἰώ* praefigunt Lasc. A. Rom. A. B. C. D. E. Flor. 10. 15. Havn. quod recte recepit Elmsl. extra versum positum, ut ap. Aesch. Theb. 876. Pers. 911. Eur. Suppl. 1118. Iph. A. 579. El. 992. *ὦ δυστ.* citat Schol. Arist. Pac. 1007. Tum *δύστηνος* Flor. 2. Vict. — *τε* post *μελέα* om. Flor. 10.

V. 97. Rom. A. B. *πῶς ἂν ὀλύμαν.* In B. alterum λ subscriptum, ut sit *ὀλλύμαν.*

V. 98. μήτηρ Lasc. A. Rom. E. Havn. fort. etiam Par. A. μῆρ Rom. A. B. D.

V. 99. κινεῖ κραδίαν pro κραδία, χόλος, αὐτῇ κινεῖται. Nonnunquam enim, quae in homine nulla ipsius opera fiunt, ei tribuuntur, tanquam illa efficienti, ut in formulis φύειν πώγωνα, ὀδόντας. — Lasc. A. Rom. C. Havn. καρδίαν. Rom. B. D. κραδίην.

V. 100. σπεύδετε θᾶσσον Lasc. A. Rom. A. B. E. σπεύδετε θᾶττον Rom. D. Flor. 10. 15. Havn. σπεύσατε θᾶσσον Lasc. B. Ald. rell. Rom. C. Flor. 2. Vict.

V. 101. εὐθὺς pro ἐγγὺς Flor. 15.

V. 102. μὴ pro μηδὲ Flor. 15. καὶ μὴ Havn. φυλάσσοισθ' Ald. rell. φυλάσσετε Lasc. B. Par. E. Lib. P. Mag. Flor. 2. Vict. φυλάσσεθ' Flor. 10. φυλάσσεσθ' Lasc. Par. A. B. D. Rom. D. E. X. Π. 1242. et quod eodem redit φυλάσσεσθε Rom. A. B. (φυλάσεσθε Rom. C.) Havn. vel φυλασσησθ' Flor. 15. Pro φυλάσσεσθ' aberrantes librarii primum scripserunt φυλάσσησθ' propter praec. προςέλθητ', et φυλάσσεσθε, ex illo factum φυλάσσοισθ', ex hoc φυλάσσεθ', φυλάσσετε.

V. 103. Elmslei. coni. ἄγριόν τ' ἦθος, ne prima syllaba vocis ἄγριον producatur, quae corripitur in anapaestico Hec. 1050. fr. inc. CLXV, 8. in dactylico Phoen. 1506. in iambicis plerumque producitur, praeterquam Orest. 34. Phoen. 1669. Bacch. 656. El. 1120.

V. 105. ἴτε νῦν edd. et Codd. ἴτε νυν ed. Porson. Elmsl. *Ite igitur* in oratione concitatiore ob eamque ipsam causam sententiarum nexum non accurate significante minus locum habere videtur, quam *ite nunc*. ὡς τάχος ἔσω Rom. A. B. ὡς τάχιστ' εἴσω Rom. D.

V. 106. δῆλον δ' ἐξ ἀρχῆς ἐξαιρόμενον Ald. rell. Rom. C. Flor. 10. Havn. αἰρόμενον, Canteri coniecturam, recepit Musgr. Sed δῆλον δ' ἀρχῆς ἐξαιρόμενον Paris. A. B. D. E. Lasc. Rom. A. B. D. Flor. 2. δῆλον δ' ἀρχῆς ἐξαιρούμενον Rom. E. Flor. 15. Praeterea Musgr. coni. δηλοῖ δ', sine necessitate.

V. 107. τάχιστ' pro τάχ' Flor. 10. ἀνάξει Paris. E. Flor. 2. Vict. et pro var. lect. Lasc. Schol. et omn. Musgr. ἀνάψει non necesse est cum Musgr. sensu passivo positum

accipere; nam ita etiam strui possunt, quod monuit Elmsl.: δῆλον δ', ὡς ἡ Μήδεια ἀνάψει νέφος οἰμ.

V. 110. κακοῖς Flor. 10. 15. item Lasc. A. omnes Rom. Havn. qui addunt ἡ τῆς Μηδείας (ἡ τῆς Μ. Havn.).

V. 111. αἶ αἶ bis Ald. (fallitur Elmsl.) rell. Rom. C. Flor. 2. αἶ αἶ Lasc. B. ἒ ἒ Lasc. A. ἒ ἒ Rom. D. E. Flor. 10. 15. Havn. (hic in marg. αἶ αἶ). ἒ ἒ αἶ αἶ Rom. A. B. ἒ ἒ ἒ ἒ Paris. A. Brunck. ed. αἶ αἶ αἶ αἶ, quem sequitur Porson. Elmsl. αἶ αἶ, quod extra versum esse monet.

V. 112. τλήμων Lasc. Rom. A. B. D. E. Flor. 10. 15. Havn. Alterum ἔπαθον omitt. Lasc. B. Rom. C.

V. 116. τλῆμον Ald. rell. Florr. tres, Rom. C. τλήμων Lasc. Rom. A. D. E. Havn. quod recepit Porson. recte.

V. 117. Male Porson. τί δὲ σοὶ π. Elmsl. hic et ubique scribendum censet ἀπλακίας, ut scribendum videtur, quum prima syllaba brevis est.

V. 118. Rom. E. κατέχουσι. Lasc. A. Rom. C. ἔχεις pro ἔχθεις.

V. 119. πάθοιθ' Havn.

V. 120. λήμματα Flor. 15. Rom. C. D.

V. 121. πολλῶν Havn. pro v. l. in marg. Recte Heath. Clarke ad Il. α', 82. Musgr. ἀρχόμενοι et κρατοῦντες inter se opponi viderunt: *quum raro ab aliis regantur, plerumque suo arbitrio agant.* Buchananus: *Gravis est regum fastus, et irae Nimium memoris, qui dare leges Sunt soliti aliis, lege soluti Ipsi.* Grotius: *Effera regum pectora, pauca Cogi, multum cogere sueta Iras aegre ponere norunt.* Eustath. ad Il. α', 80 sqq. p. 55, 26. ἰστέον δὲ, ὅτι εἰς τὸ νοηθῆναι τὴν ῥηθεῖσαν Ὁμηρικὴν γνώμην συντελεῖ καὶ τοῦ Σοφοκλέους τὸ οὐκ ἐκπέλει φρονεῖν μέγα, ὅς δοῦλος ἐστὶ τῶν πέλας (Antig. 478.). καὶ Εὐριπίδης δὲ φανερῶς αὐτὴν παραφράζει ἐν τῷ καὶ πως ὀλίγ' ἀρχόμενοι, πολλὰ κρατοῦντες χαλεπῶς ὀργὰς μεταβάλλουσιν, ἤγουν οἱ βασιλεῖς διὰ μακρὰν ἀρχὴν λύπης δυςκατάλλακτοί εἰσιν, ὡς πολλὰ κρατοῦντες, ἤτοι ὡς κρείσσονες. Wyttenbach. Bibl. crit. II, 1. p. 46. alteram interpretandi rationem a scholiasta allatam non minus probabilem, certe memoratu

dignam vocat: *ira regum a parvis initiis profecta ipsorum potestate et licentia augetur ac radices agit.* At χαλ. ὀργὰς μεταβάλλουσι esse non potest esse *ira eorum augetur*, sed *difficulter iram deponunt*, et etsi ἀρχόμενοι μεταβ. esse potest *initio deponunt*, tamen ὀλίγα ἀρχόμενοι vix quisquam dixerit pro *a parvis initiis profecti.* Nec hoc quidquam ad rem, paulatim serpat ira an subito exardescat. Hanc ob causam tertiam etiam interpretandi rationem damno, quam aliquando commentus eram, ut esset pro πρῶτον μὲν ὀλίγα, ἔπειτα δὲ πολλὰ κρατοῦντες.

V. 123. τὸ δ' ἄρ' Brunck. e coni. et Porson. Reprehenderat nutrix regum fastum, inde ortum, quod reges aliis imperare et e suo arbitrio res gerere soleant, quae est nimia quaedam abundantia. Contra mediocritas optima est. Poterat hoc priori opponi; poterat vero etiam tanquam causa et ratio commemorari, cur regum fortuna reprehendenda esset. Itaque γάρ non alienum. — εἰθίσθαι Havn. in marg. εἰθίζεσθαι in textu. — ἴσοισιν, ut v. 122. μεταβάλλουσιν, βροτοῖσιν v. 128. ut scribendum vidit Heath., habet Flor. 2.

V. 125. ὀχυρῶς γ' εἴη e Brunckii coniectura edidit Porson. pro ὀχυρῶς τ' εἴη. Idem coniecerat Reiske. γε duplex in eadem sententia habet etiam Soph. Oed. C. 977. πῶς γ' ἂν τό γ' ἄκον πρᾶγμ' ἂν εἰκότως ψέγοις; ubi prius γε vim addit particulae πῶς, alterum adiectivo τὸ ἄκον, *quomodo tandem rem, quae quidem non consulto facta sit, vituperare queas?* Hoc loco ἔμοιγε est *mihi quidem*, si non aliis; ὀχυρῶς γε, *saltem tuto*. Cf. Lobeck. ad Soph. Ai. p. 303. Erfurdt. ad Antig. 743. ed. min. Ceterum pro ὀχυρῶς Flor. 15. ἰσχυρῶς.

V. 126 sqq. eleganter vertit Buchananus: *Nam popularius aequi iuris Primum est nomen et experiundo et Usu longo praestabilius.*

V. 129. οὐθένα Lasc. B. Mag. Vict. θνητοῖς Lasc. Par. A. Rom. C. D. E. tres Florr. Vict. Havn. βροτοῖς Rom. A. B. δύναται recte explicat Wyttenb. Bibl. cr. II, 1. p. 47. qui *efficere, praestare* interpretatur. „Thuc. VIII, 36. αἱ ἀγγελίαι τοῦτο δύνανται. *haec est vis rumorum.* Demosth. pro cor. p. 233. τί δὲ τοῦτ' ἠδύνατο, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι; ἐγὼ διδάξω." Alia suppeditat Boeckh. ad Plat. Min. p. 143 sq. Hinc, ut Latin. *valere, vim habere*, ad aliam etiam signi-

ficationem transfertur, quam illustravit Schaefer. ad Dionys. Hal. p. 88. Similiter Elmsl. δύναται est ἰσχύει, σθένει. καιρός significat, quodcunque opportunum, commodum est. Sic καιρὸν ἔχειν Phoen. 471. οὐδένα καιρὸν δύναται, *nihil, quod commodum et bonum sit, efficere potest.* οὐδένα καιρὸν δύν. ut Plat. Phileb. p. 23. D. μῶν οὖν σοι καὶ πέμπτου προςδεήσει διάκρισιν τινὸς δυναμένου. Hipp. mai. p. 296. D. Menon. p. 78. B. quae loca attulit Boeckh. καιρὸν eum δύναται eo facilius iungi poterat, quod καιρὸν adverbialiter usurpatur, ut Soph. Ai. 84. καιρὸν δ' ἐφήκεις. Hinc Hel. 479. loco ab Elmsleio adscripto, καιρὸν γὰρ οὐδέν' ἦλθες, i. e. οὐκ εὐκαίρως.

V. 130. 1. Distinctionem post ἄτας et δαίμων delevi, quia οἴκοις non solum ad ἀπέδωκεν, sed etiam ad ὀργισθῇ referendum videtur. Flor. 15. ἀπέδωκαν. Etiam in Flor. 2. ἀπέδωκεν correctione factum est ex ἀπέδωκαν, ut apparet e litterarum vestigiis.

V. 132. Osann. in anall. p. 114. haec comparat cum Ennii versu apud Nonium p. 467, 13. *Fluctus verborum aures aucupat.*

V. 133. τῆς δυστάνου Rom. A. B. τᾶς δυστήνου Rom. D. Flor. 15. τῆς δυστήνου Flor. 10. Post Κολχίδος excidisse aliquid, ut οἰκτράν, videtur Elmsleio.

V. 134. οὐδέ πω ἤπιος interrogative accipiuntur inde a Brunckio, non probante Elmsleio. Rom. A. B. γηραιά. Rom. E. γερεά.

V. 135. εἴσω Lasc. A. Hunc locum illustrat Böttiger. prol. *de Medea* p. 120. Duplex fuit ianua, inquit, in aedibus Graecorum, ad quas scenas etiam in theatris compositas fuisse constat. Una anterior αὔλειος s. αὔλιος (vid. d'Orville ad Charit. I, 2. p. 32.) dicta, universum aedium ambitum claudens, unde exitus in plateam. Hanc qui intraverat, aula seu vestibulo subdivali superato ad cubicula, coenacula et peristylia perveniebat, quae communi vocabulo ἀνδρῶνας seu andronitin appellare licet. Dehinc altera ianua, qua in interiorem partem aedium, gynaeconitin aditus pateret, μέταυλος dicta Atticis. v. Schneider. in Epimetro ad Xenoph. Memor. (ed. Lips. 1801.) p. 279. Iam Medeae

in thalamo seu gynaeceo versanti, priusquam ad chorum in area extra aedes sive in platea praestolantem pervenire poterat, duplex superanda fuit ianua. Versatur enim in remotissima aedium parte. Hoc igitur significare voluit poeta: ingentes clamores sublatos esse a Medea, qui per duplices fores exaudiri possent. Egregie rem totam illustrat fragm. Menandri apud Stob. quod miror fugisse Schneideri diligentiam, a magno Valesio ad Harpocr. p. 27. et ad Euseb. in vita Const. IV, 7. p. 240. scite expositum. Docet ibi Menander, virgini non ultra *μέταυλον* (gynaecei scilicet claustrum, v. Lys. orat. p. 20. Achill. Tat. II, 91. p. 162.), matronae non extra *αὔλειον* prodeambulare licere. Ibid. inspicere iubet picturam linearem, cuiusmodi post Galianum ad Vitruvium et Mariettium ad Anacharsidos Itinerarium aereis tabulis expressam dederunt *Rodius* in *formis ad explicandos Vitruvii libros* tab. XVI. form. X. et *Stieglitzius* in *Archaeologia architecturae veteris* T. II. P. II. fig. 34.

V. 136. *βοήν* Rom. A. D. Elmsl. malit *γόον*. metrum enim dactylicum esse videri, et *βοάν* e v. 132. facile irrepere potuisse.

V. 137. *συνήδομαι, ὦ γύναι* Lasc. A. Rom. A. B. D. E. Flor. 10. 15. Havn. quod placet Elmsleio, neque iniuria.

V. 139 s. Magna in hoc versu est scripturae diversitas. Lasc. B. *ἐπεί μοι φίλα κέκραται.* Ald. Irell. Flor. 10. *ἐπεὶ μὴ φίλα κέκραται.* Lib. P. *ἐπεί μοι φίλια κέκραται.* Contra Par. A. B. C. D. Schol. Rom. A. ante corr. C. D. E. Lasc. A. Flor. 15. *ἐπεί μοι φίλον κέκρανται,* quo alludit Rom. A. e corr. *ἐπεὶ μὴ φίλον κέκρανται,* et Havn. *ἐπεὶ*

μὴ *ν*

μοι φίλον κέκραται. Si Codd. numeres, lectio *ἐπεί μοι φίλον κέκρανται* plurimum auctoritatis habet; sin verba et rem ipsam ponderes, minimum. *φίλον* enim haud dubie ex eo ortum est, quod ad *δώματος* referendum esse videbatur; at *δῶμα φίλον κέκρανται* vel *κέκραται* dici posse pro *φίλον ἐστί*, hodie non credo. Nec attinebat dicere, *doleo domus infortuniis, quia domus mihi amica est.* Hoc enim per se intelligitur. Tum *φίλος* non solet in *φίλιος* immutari, sed *φίλιος* in *φίλος* depravari a librariis. Vid. Porson. ad Hec. 852. 927. Quum vero semel *φίλον* (*δῶμα*) scriptum

esset, necessario scribendum erat μοι, non μή. (μοι et μή confusa sunt etiam v. 158.) ἐπεὶ οὐ dicendum fuisset, si negatio ad verbum κέκρανται pertineret, sed iungenda sunt ἐπεὶ κέκρανται μὴ φίλια, *quia res non gratae*, i. e. *acerbae constitutae sunt.* Itaque Brunckium et Porsonum secutus sum. Musgr. ed. ἐπεὶ μὴ φίλ' ἃ κέκρανται. Elmslei. ἐπεί μοι φιλία κέκρανται, in quod inciderat iam Porson. Sed hoc non minus languidum est, quam ἐπεί μοι φίλον κέκρ. φιλία autem non est in Lib. P., si Musgravio fides, sed φίλια.

V. 140. 1. Omnes MSS. et ant. edd. φροῦδα τάδ' ἤδη· Ὁ μὲν γὰρ ἔχει λέκτρα (δῶμα Ald. Rom. C. Flor. 2. Havn.) τυράννων, utriusque versus cum dispendio, inquit Porson. Itaque omnes ad coniecturam confugiunt. Musgr. τὸν μὲν γὰρ ἔ. quod receperunt Brunck. Beck. Elmsl. Porson. ed. φροῦδα γὰρ ἤδη Τάδ'· ὁ μὲν γὰρ ἔχ. ad scholiastam provocans. Elmsl. aliam etiam coniecturam expromit: φροῦδα τάδ' ἤδη· Καὶ δὴ γὰρ ἔχει λ. τ. ut ὁ μὲν omissum censeatur, de qua ellipsi Atticis familiari citat Porson. ad Or. 891. Gramm. meam §. 288. d. maxime vero Schaeferum ad Bosium p. 187.=204. (i. e. p. 329. ed. Lips.). Musgravii coniecturae opponit Porson., rectius servari nominativum, ut ὁ μέν et ἡ δέ accuratius opponantur, deinde rectius ἔχειν dici Iasonem, quam ἔχεσθαι. Et prius quidem nullam vim habere, facile ostendit Elmsl.: ad alterum respondet, verum esse, si λέκτρα legatur; „sin autem δῶμα, Creontis regia rectius habere dicitur, quam ab eo haberi. Noster Herc. 614. (609.) Χθονίας νιν ἄλσος Ἑρμιὼν τ' ἔχει πόλις.“ Sed hoc est *Hercules Hermione versatur;* itaque δῶμα ἔχει Ἰάσονα, *Iason in domo regia versatur*, quod longe minus est, quam dicere oportebat nutricem: non enim, qui in domo regia versatur, continuo puellam regiam matrimonio sibi iunxit, quod, utpote indignum facinus, praecipue memorari decebat. Tum λέκτρα magno consensu codd. Rom. A. B. D. E. Lasc. Cott. Flor. 10. 15. haud dubie etiam Paris. unde sic edidit Musgr. Porsonus scholiastae auctoritate niti non debebat; in eius enim verbis γάρ ipsius grammatici esse ostendit Elmslei. sicut in eo, quod e Schol. Aesch. Choeph. 320. affert: Προσθοδόμοις Ἀτρείδαις] τοῖς πρότερον ἐσχηκόσι δόμον. νῦν γὰρ Οὐκ εἰσὶ δόμοι· φροῦδα γὰρ

τάδε ἤδη, vid. Elmsl. in Add. Elmsleii καὶ δὴ vix accommodatum est huic loco; certe aptius eius exemplum afferendum erat, quam e v. 1097. καὶ δὴ γὰρ ἅλις βίοτόν θ' εὗρον. Ibi enim significat, *fac eos victum idoneum sibi comparasse*. Quod ego dedi, item est e coniectura; sed recte dubitat Elmsl. an particulae καὶ μὲν γὰρ ita coniunctae in tragicorum scriptis inveniantur. Seidlero de verss. dochm. p. 81. not., ubi hiatus in anapaesticis exempla profert, non displicet coni. Scaligeri ἢ μὲν γὰρ ἕ. ut ad Glaucam nutrix respiciat; quae quomodo λέκτρα τυράννων ἔχειν dici possit, non perspicio. Ceterum Flor. 15. ὁ μὲν γὰρ ἤδη λέκτρα τυράννων ἔχει.

V. 142. ἤδ' Ald. ἢ δ' Lasc. ἡ δ' primus H. Steph. Pro τάκει Havn. τάκῃ. Rectius legeretur τήκει βίοτον, ut videtur Elmsl. τήκει esse videtur in Paris. A. Certe sic edidit Brunck. qui ad v. 128. *Doricas formas in impressis receptas non agnoscunt membranae in his anapaestis.*

V. 144. παραθαλπομένη Rom. A. B. φρένα om. Flor. 10.

V. 145. Lasc. B. αἶ αἶ. τάλαινα. Rom. A. B. Schol. ad v. 171. κεφαλῆς.

V. 146. Rom. D. τί δέον μοι. τί δ' ἐμοί Brunck. quod aliud agens retinui pro τί δέ μοι.

V. 147. Dele comma post καταλυσαίμαν. Recte enim Elmsl. monet, βιοτάν tam a καταλυσαίμαν, quam a προλιποῦσα regi.

V. 149. Verba ὦ Ζεῦ κ. γ. κ. φ. meram esse exclamationem, ut Or. 1487, post scholiastam monet Elmsl.

V. 152. τί σοι Brunck. e Paris. A. et Porson., et sic omn. Rom. Lasc. A. Havn. Reliqui Codd. et edd. τίς σοι. τίς explicat etiam schol. quamquam τί σοι praefixum est in Iunt. et Basil. τί est διὰ τί, quod manus prima supra scripsit in Rom. A. τίς ἔρως, *quis amor*, i. e. quam immodicus, est cum admiratione leniter vituperantis. — ἀπλήστου Ald. rell. Rom. C. Flor. 2. 15. Havn. ἀπλάστου Lasc. Paris. A. Rom. A. B. D. E. Flor. 10. Elmsl. coni. τᾶς ἀπλάτου κ. eodem sensu, quo τᾶς ἀνάνδρου κοίτας v. 433 sq. πλάθειν enim et πελάζειν cum compositis frequenter de coniugio usurpantur.

Sed adiectivi *ἄπλατος* eo sensu positi exemplum desidero. *ἀπληστία λέχους* est etiam Androm. 218.

V. 153. *ἔρος* Ald. rell. ante Barnes. tres Florr. Vict. *ἔρως* Lasc. omn. Rom. praeter E. Havn. Barn. Brunck. In Rom. E. versus omissus est.

V. 154. *σπεύσει.* Rom. D. supra *σ* scriptum habet *δ*, et ita legendum suspicabatur Musgr. *θανάτοιο* Barn.

V. 155. *μηδὲν* pro *μή*. Vid. ad Orest. 182.

V. 156. *εἰ δὲ σοὶ πόσις* Rom. C. „Quae scriptura speciem tantum variae lectionis habet. Scripsisset enim librarius *εἰ δέ σοι πόσις*, si vulgatam de industria mutasset." ELMSL.

V. 157. *σεβάζει* Flor. 10. *σεβίζει λέχη* Lasc. B. Flor. 2.

V. 158. Sic Codd. et edd. et Eustath. ad Il. *ζ*, p. 633, 43 = 490, 24. Rom. D. *μοι* pro *μή*. Paris. A. *μὴ* omittit. Sed quia vix aequum videbatur VV. DD. a Medea, ut ne omnino irasceretur, exigere, alii aliter locum emendare conati sunt. Heath. *κείνῳ τόδε μὲν χ.* quod e scholio ad v. 155. probare conatur. Musgr. *δεινῶς τοδὶ μὴ χαράσσου.* Brunck. *κείνῳ λίαν μὴ χαρ.* quod in textum recepit, et post eum Beck. Porson. *κείνῳ τόσον μὴ χ.* Sed recte monet Elmsl., quem sensum VV. DD. coniecturis suis efficere voluerint, hunc iam in vulgata inesse: *τόδε μὴ χαρ.* enim esse pro *μὴ οὕτως ὀργίζου.* Sic Soph. Oed. T. 264. *ἀνθ' ὧν ἐγὼ τάδ' — ὑπερμαχοῦμαι.* Vid. Erfurdt. ed. min. Elmsl. ad v. 49. 672. huius fabulae. Sed miror, neminem commemorasse scholiasten, qui ad v. 155. ita haec *παραφράζει· εἰ δὲ ὁ σὸς ἀνὴρ ἠθέτησε τοὺς ὅρκους, ἐκείνῳ γενέσθαι λίσσου, δηλονότι τὸ κεραυνωθῆναι καὶ ἀποθανεῖν.* Igitur sic ille locum distinguebat: *κείνῳ τόδε· μὴ χαρ.*

V. 159. *τάδε* Ald. rell. Florr. Rom. C. *τόδε* Lasc. Par. A. Rom. A. B. D. E. quod receperunt Brunck. et Porson. Mihi quidem hoc e praecedente versu irrepsisse videtur. — *συνδικάσει* a *συνδικάζω* Lasc. B. Ald. rell. Florr. *συνδική-σει* a *συνδικέω*, quod coniecerunt Musgr. et Herm. elem. d. m. p. 532., Lasc. A. Par. A. omnes Rom. Flor. 15. Havn. Opportune Musgr. comparat Aesch. Eum. 579. *καὶ μαρτυ-*

ῥήσων ἦλθον — — καὶ συνδικήσων αὐτός. De metro vid. ad antistrophicos 184 sq.

V. 161. ὀυρομένα est a Brunckio pro ὀδυρομένα. Vid. ad Hec. 723. et Elmsl. ad h. l. — εὐνῆταν scripsit Brunck. propter metrum, quam formam analogia non satis tuetur. Havn. εὐνέταν. Elmsl. in hoc metro epitritum primum et diiambum satis bene sibi respondere dicit. Herm. elem. d. metr. p. 532. et 565. verbo τάκου in hunc versum translato: τάκου ὀυρομένα σὸν εὐνέταν, cui respondeat πένθος γὰρ μεγάλως τόδ' ὁρμᾶται, ut sit Pherecrateus cum cretico vel molosso.

V. 163. Rom. A. B. D. Lasc. A. λεύσσεθ', ut semper in hoc verbo variatur, Rom. E. Havn. λεύσσεσθ', Lasc. B. λεύσασθ'.

V. 164. ἐνδησαμένη Rom. C. Flor. 2. 15. Vict.

V. 165. Bergler. ad Arist. Ach. 1155. „Qui malum alicui precantur, maximam delectationem se percepturos putant, si id suis oculis videant evenire; itaque cupiunt esse αὐτόπται. Soph. Trach. 1055. ἂν ὧδ' ἐπίδοιμι πεσοῦσαν αὔτως ὧδ' αὔτως, ὥς μ' ὤλεσεν. Eurip. Med. 163. Utuntur et verbo simplici. Aesch. Choeph. 265. — οὓς ἴδοιμ' ἐγώ ποτε θανόντας ἐν κηκῖδι πισσήρει φλογός. Soph. Phil. 1127. ἴδοιμι δέ γέ νιν, τὸν τάδε μησάμενον, τὸν ἴσον χρόνον ἐμὰς λαχόντ' ἀνίας.“ His paene adducor, ut Wakefieldii rationem ad Hec. 438. probem.

V. 166. αὐτοῖς τοῖς μελάθροις Rom. A.

V. 169. αὐτός pro αἰσχρῶς Flor. 15.

V. 171. Θέμιν Ἰχναίαν corrigebat Ruhnk. ap. Pierson. ad Moerin p. 137. εὐκταίαν defendit Musgr. loco Aeschyli S. c. Th. 729. πατρὸς εὐκταίαν Ἐρινύν. Sed hoc est *Erinnyn patris precibus expetitam s. advocatam*, quod in hunc locum non cadit. Beck. ad Aristoph. Av. 1058. θεοὺς εὐκταίους interpretatur, qui preces audiunt, et ratas habent, ut Χάριτες εὐκταῖαι Orph. hymn. 59, 6. Θ. εὐκταία h. l. Husebk. anal. crit. p. 133. quibus vota faciunt homines. εὐκταῖος *votivus* est apud Soph. Trach. 239 sq. Interpretemur igitur *Themin, ad quam, ut iustitiae praesidem, preces et vota faciunt homines.* Sed hoc Themidi cum aliis diis commune est. Desideratur autem, ut

monuit V. D. in *Classic. journ.* n. 15. p. 7., epitheton, designans id, quod Themidi proprium sit, ut Iovi proprium est ὅρκων ταμίᾳ νενομίσθαι. Itaque si Codex aliquis Ἰχναίαν offerret, non dubitarem recipere. De Themide Ἰχναίᾳ vide quae monui Animadv. ad h. Hom. p. 127.

V. 172. θνητοῖς Lasc. A. Rom. A. B. D. E. Flor. 10. 15. Havn.

V. 173. κοὐκ ἔστιν Rom. A. B. Havn. Mox σμικρῷ Ald. contra metrum, Rom. C. tres Florr. Havn. Schol. μικρῷ e Paris. A. Lasc. edidit Brunck. et sic Rom. A. B. D. E. Mag.

V. 176. Musgr. coniecturam αὐθαέντων memorasse satis est, inquit Elmsl.

V. 177. Rom. D. δέξεταιτ' (sic) ὀμφάν. quod monstrum e duabus lectionibus coaluit δέξεται et δέξαιτ'.

V. 178. ἵ πως Flor. 10. quod in Rom. A. a prima m. adscriptum γρ. καὶ ἢ πῶς. quod mihi potius e prava pronuntiatione ortum esse, quam ex ὅπως, videtur.

V. 180. 1. nutrici vulgo tribuebantur. Correxit Tyrwhit cuius sententiam confirmat Par. A. Pro μήτοι Havn. μή τι. Paris. A. Rom. C. Flor. 15. μή μοι. Flor. 2. μήτοι, μοι ab alia m.

V. 182. βᾶσα νῦν Lasc.

V. 184. τόδ' pro τάδ' Flor. 10. Metro succurrere tentavit Hermann. elem. doctr. metr. p. 532. φίλα non pro vocativo, sed pro accusativo plur. accipiens, *nos quoque favere Medeae narra.* de quo Elmsleio assentior dicenti: Ego neque hanc rationem probo, neque meliorem novi.

V. 185. σπεῦσαι pro σπεῦσον Par. A. Rom. D. E. Flor. 10. 15. Havn. ut edidit Brunck. σπεῦσαι pro imperativo accipiens, quasi dicatur σπεύδομαι. Imo est infinitivus, e τάδ' αὔδα pendens, ut saepe infinitivo praemittuntur τάδε, ταῦτα, τοσοῦτον. Hoc etiam eo nomine praestare videri potest, quod post σπεῦσαι facile suppleri potest πρὶν αὐτὴν κακῶσαί τι, quod durius suppletur post σπεῦσον. Neque idcirco verba πρίν τι κακῶσαι τοὺς ἔσω ex iis sunt, quae ancillam dicere iubet Medeae, sed ea cum τάδ' αὔδα

cohaerent, non *dic ei, ut festinet, priusquam mali quid inferat iis, qui intus sunt*, sed *dic ei, priusquam mali quid inferat, ut festinet.* τάδε ad superiora verba πῶς ἂν ἐς ὄψιν τὰν ἀμετέραν ἔλθοι referendum dicit Elmslei. itaque *et dic ei, ut prodeat*, quod multo commodius dicitur καὶ τάδ' αὔδα, σπεῦσαι. Sed metrum laborat. Hermann. l. c. scripsit: σπεῦσον δέ, πρίν τι κακῶσαι, cuius (partic. δέ) vestigium, inquit, nescio an erui possit ex altera lectione σπεῦσαι. Seidlerum coniecisse dicit σπεῦσον, πρὶν καί τι κακῶσαι. Sed in epitome p. 191. vulgatam huius versus lectionem tuetur, strophicum autem sic legendum existimat: Ζεὺς τόδε συνδικήσει· μὴ λίαν. Utrumque constare e Pherecrateo et cretico: in Pherecrateo autem usitatiori formae - - | - ⏑⏑ - ⏓ respondere alteram - ⏑⏑ - ⏑ - ⏓, ut Soph. Ant. 607. 618.

V. 186. εἴσω Lasc. Ald. et Codd. ἔσω Brunck. Porson.

V. 187. γὰρ om. Flor. 10. De metro vid. ad v. 161.

V. 188. φόβος, εἰ πείσω. In vocc. φόβος, φοβεῖσθαι etc. inest notio *dubitandi*; hinc nonnunquam sequitur εἰ, *an*, ut in locis ab Elmsleio allatis, Heracl. 786. φόβος γάρ, εἴ μοι ζῶσιν, οὓς ἐγὼ θέλω, *timeo, quia incerta sum, an vivant.* Androm. 60. καὶ νῦν φέρουσά σοι νέους ἥκω λόγους, φόβῳ μέν, εἴτις δεσποτῶν αἰσθήσεται, *timens, quippe dubitans, an domini sensuri sint.* Sic Soph. Trach. 175. ὥσθ' ἡδέως εὕδουσαν ἐκπηδᾶν ἐμὲ φόβῳ, φίλαι, ταρβοῦσαν, εἴ με χρὴ μένειν etc. Hoc loco duae locutiones in unam conflatae sunt, *timeo, ut ei persuadeam*, et *dubito, an ei pers.* Monui propter Elmsleium, qui simpliciter εἰ pro μὴ οὐ vel μή positum dicit.

V. 189. δέσπ. ἐμήν Rom. A. B. C. Flor. 10. 15. Havn. Brunck. Utramque vocem omittunt Lasc. A. Rom. E. *Non male*, ait Elmsl. Possis eodem iure *Male* exclamare.

V. 190. Sensus est: *tamen hanc operam in cumulum suscepti iam laboris tibi praestabo, ut tibi gratum faciam.* Minus recte cepit schol.

V. 191. Callim. in Cer. 51. Τὰν δ' ἄρ' ὑποβλέψας χαλεπώτερον, ἢὲ κυναγὸν Ὤρεσιν ἐν Τμαρίοισιν ὑποβλέπει ἄνδρα λέαινα Ὠμοτόκος, τᾶς φαντὶ πέλειν βλοσυρώτατον ὄμμα — —.

V. 193. προςφέρων Rom. A. B. Flor. 10. Havn. Pro ὁρμαθῇ Barnes. imperite ὁρμάθῃ, creticum pro molosso. ὁρμηθῇ Brunck.

V. 195. ἁμάρτης Rom. A. (in quo suprascr. οι) B. Mag. Flor. 2. Vict.

V. 196. ἐπὶ μὲν θαλίαις om. Rom. C.

V. 197. ἐπεὶ pro ἐπὶ Havn. ἐπί τ᾽ εἰλ. Lasc. Ald. rell. Solus Porson. ed. ἐπὶ δ᾽ εἰλ. cum nota: Pro ἐπὶ δ᾽ malim ἐπί τ᾽. sed in fine libelli errorem suum ipse correxit.

V. 199. οὐδέν pro οὐδείς Flor. 15.

V. 204. Rom. A. μολπῇσι βροτοῖς, quod corr. ab ead. m. βροτούς. Rom. B. etiam βροτοῖς.

V. 205. βοὴν Rom. A. B. Libet adscribere Hug. Grotii interpretationem loci: *Nil me peccet iudice, si quis Proavos multum sapuisse neget, Placuit thalamos quibus et festas Ornare dapes carmine, laetas Quod mulceret molliter aures. At multifidis nemo Camoenis Docuit Stygios sistere luctus, Unde et mortes et funesti Casus totas vertere domos. Atqui potius debuit istis Musa mederi: nam quid coena Ridente iuvat tendere vocem, Cum res per se sit grata satis Dulcis mortalibus esca?*

V. 208. πολυστόνων Lasc. X. Π. 808. Rom. E. a corr.

V. 209. μογερᾷ Lasc. A. Rom. B. C. E. Havn. quo spectat etiam glossa a pr. m. in Rom. A. κακῇ. λιγυρὰ ἄχεα βοᾷ ad sensum idem est quod λιγέως θρηνεῖ. hinc alter accusativus additus. Recte Elmsleius comparat Soph. Trach. 49. Δέσποινα Δῃάνειρα, πολλὰ μέν σ᾽ ἐγὼ Κατεῖδον ἤδη πανδάκρυτ᾽ ὀδύρματα Τὴν Ἡρακλείαν ἔξοδον γοωμένην. Vid. Herm. in nota Seidleri ad Troad. 123.

V. 210. Rom. C. λέχαισι i. e. λέχεσι. *Nescio an melius,* inquit Elmsl., *modo scribatur* λέχεσιν.

V. 211. θ. δέ τ᾽ ἄδ. Rom. A. B. C.

V. 212. Ζανός Brunck. Metrum a v. 211. hoc esse videtur:

211. ⏓ ⏑ – ⏑ | ⏓ ⏑̄ – ⏑
212. – ⏓ ⏑ – ⏑ –

213. ◡ ◡ ‒́ ◡ ◡ ‒́ ◡
214. ‒́ ◡ ◡ ‒́ ◡ ◡ ‒̆
215. ◡ ‒́ ◡ ‒ | ◡ ‒́ ◡ ‒
216. ‒́ ‒ ‒́ ◡ ◡ ‒ ‒̆

ut vss. 212 sq. ita describantur:

τὰν Διὸς ὀρκίαν
Θέμιν, ἅ νιν ἔβασεν — —.

V. 214. εἰς Rom. A. B. C. D.

V. 215. Havn. νήχιον pro νύχιον. Elmsl. comparat Rhes. 53. ἄνδρες γὰρ ἐκ γῆς τῆςδε νυκτέρῳ πλάτῃ Λαθόντες ὄμμα τοὐμὸν αἴρεσθαι φυγὴν Μέλλουσι. Minus bene Brunck. νύχιον explicat δυτικήν, *occidentale mare* respectu Colchidis, citans Aesch. Pers. 948.

V. 216. Milton et Heath. ἀπεράντου. Glossa in Par. A. τὴν δυςχερῆ πρὸς τὸ περᾶσθαι, confusis περᾶν et περαίνειν. Rectius Elmsl. poëtam respexisse dicit ad Homericum Ἑλλήςποντος ἀπείρων.

V. 218. τι om. Flor. μέμψησθ' Ald. rell. Flor. 2. Schol. ad v. 217. bis, (priore loco Iunt. μέμψησθαί). μέμφησθ' Lasc. Paris. A. B. D. Lib. P. Rom. D. E. Flor. 10. 15. Havn. Schol. ad v. 222. μέμφοισθ' Rom. A. B. μέμφησθ' recepit Musgr. Codd. suis nimium addictus, et Porson. qui tamen ad Hec. 1174. μὴ μέμφῃ nullo modo tolerari posse dixerat. Μή non raro quidem cum imperativo aoristi, (et quidem plerumque tertia persona, vid. Elmsl. in Mus. crit. I. p. 482.) iunctum reperitur, coniunctivo praesentis ubi additum invenitur, ibi Codd. variant. Vid. Porson. l. c. Schaefer. ad Gregor. Corinth. p. 15. et in indic. v. μή. ad Gnomicos Brunck. p. 155. Itaque Aldinam lectionem revocavi, quamvis mirum videatur, quum Grammatici praeceptum illud toties inculcarint, in μέμφησθ' tot Codd. conspirare. Quod vero Elmsl. dicit, si μέμφησθ' legatur, Ennium contra linguae indolem haec verba interpretatum esse, non intelligo. At nemo monuit, quod e scholiis apparet, grammaticos μή h. l. non pro particula vetante habuisse, sed cum ἐξῆλθον iunxisse, ἐξῆλθον, ἵνα μὴ μέμψησθε. Tunc μέμφησθε rectius videtur.

V. 218 — 221. In his versibus explicandis cum Elmsleio

sequor Scholiastam. Duo ponit genera hominum, alterum τῶν σεμνῶν γεγώτων, alterum τῶν ῥαθυμίαν κτησαμένων. Priores magnam de se existimationem excitarunt partim conspectum hominum vitando, qui mos erat regum Persarum, partim (ἐν θυραίοις ab οἱ θυραῖοι, non τὰ θυραῖα) foris, extra domum, itaque in conspectu hominum, in publico versando et rem publicam tractando. Alteri contra, in otio delitescentes, ignaviae opinionem consecuti sunt, sed iniuria etc. Buchananus vertit: *Plerosque novi, quod seorsum degerent, Habitos superbos; hos frequens praesentia Fecit molestos; alius ingressus viam Vitae quietae ignaviae subit notam.* Ennium hos versus non intellexisse, certe male vertisse, iam Muretus ostendit Var. lect. VIII, 17. Ex eius tamen interpretatione pendentes VV. DD. Graeca emendare conati sunt. Musgr. in Suppl. not. ἐργμάτων ἄπο, deinde οἵτ' pro οἱ δ', ut significet οἵ. Brunck. ὀμμάτων ἔπι, eos intelligens, qui, ut Atheniensium demagogi, forum, ubi plurimum eloquio et audacia florebant, non deserebant, τοὺς ἐν θυραίοις autem eos, qui, manu quam lingua promtiores, classibus exercitibusque praeerant, *procul ab urbe*, ἐν θυραίοις, rem gerentes. Wyttenb. bibl. crit. l. c. p. 53. τούς τε δωμάτων ἔπι, τούς τ' ἐν θυραίοις. Porson., ut in re incerta, Brunckii interpretationem sequitur. Iacobs. ad Anthol. Palat. T. III. p. 77. ὀμμάτων ἄπο dictum accipit ut Dionis Chrys. illud T. I. p. 221, 19. ἄνδρα κυνηγέτην ἀπὸ τῆς ὄψεως καὶ τῆς στολῆς. Itaque ὀμμάτων ἄπο cum οἶδα coniunxit, quod idem Seidlerum fecisse cognovi ex Helleri Prol. I. de Soph. Oed. Col. Ceterum v. 218. βροτούς Flor. 10. v. 219. Rom. D. Photius ap. Porson. γεγότας. Sed apud Herm. alter cod. γεγῶτας, alter cum Suida γεγονότας habet. ὀμμάτων τ' ἄπο Par. A. Rom. A. a corr. B. — v. 220. τοὺςδ' ἐν θ. Ald. τοῖς δ' ἐν θ. Lasc. A. τοὺς δ' ἐν θ. Lasc. B. εἰ δ' ἀφ' ἡ. Hayn. οἵδ' Lasc. Ald. ἀμφ' ἡσύχου Lasc.

V. 222. *Hi ignaviae opinionem consecuti sunt, sed iniuria: e specie enim hominis ipsius ingenium non recte iudicatur.* Ita locum habet γάρ, quod Wyttenb. Bibl. cr. l. c. in δ' ἄρ' mutandum censebat. ἔνεστ' ἐν Codd. et edd. ἔνεστιν Schol. quod praetulerunt Brunck. et Porson. ut numerosius. Ego Reisigio assentior, qui p. 249. nume-

rosius ἔνεστ᾽ ἐν sibi videri ait. Elmsleium miror ἔνεστιν praeferentem, qui tamen in censura editionis Suppl. Hermann. *Classic. journ.* n. XVI. p. 428. hanc legem sibi observasse visus est, ubi tertius pes tragici senarii una voce contineretur, simulque versus dividi posset in duas partes aequales; plerumque alteram versus partem aut elisionem ante se habere etc. — ὀφθαλμοῖσι Rom. A. D. Flor. 10. 15. De constructione βροτῶν, ὅστις vid. ad Hecub. 357. Ast. ad Plat. Leg. p. 63. Sic nostrum locum explicat Eustath. ad Il. γ΄. p. 415, 8. Ἰστέον, ὅτι σύνηθες Ὁμήρῳ σχῆμα τὰ ἐκ πληθυντικῆς καταβαίνειν εἰς ἑνικόν· οἷον καὶ τὸ ἀνθρώπους τίνυσθε, ὅτις ἐπίορκον ὀμόσσῃ· ἐκ γὰρ τοῦ ἀνθρώπους εἰς τὸ ὅτις μετέβη, διότι οὐ πάντες οἱ καμόντες ἤτοι θανόντες κολάζονται, ἀλλ᾽ ὁ κακός. τοιοῦτο σὺν ἄλλοις μυρίοις καὶ παρ᾽ Εὐριπίδῃ τὸ δεσποτῶν ὠμῶν τύχοιμι, ὅστις μ᾽ ὠνήσεται (Hec. 356 sq.), καὶ τὸ δίκη γὰρ οὐκ ἔστιν ἐν ὀφθαλμοῖς βροτῶν, ὅστις πρὶν ἀνδρὸς σπλάγχνον ἐκμάθῃ σαφῶς στυγεῖ.

V. 223. ἀνδρῶν Havn. ἐκμάθῃ Eustath. l. c. ἐκμάθοι Flor. 2. Vict. Et Eustathii et vulgatam lectionem probam esse dicit Porson. sed recte monuit Elmsl. subiunctivum non usurpari a Tragicis cum πρὶν ἄν, nisi in priore membro adsit negandi aut prohibendi significatio.

V. 225. Schol. σὲ pro δέ.

V. 227. πολίτης Lasc. A. Rom. A. (in quo suprascr. αις) D. E.

V. 231. γιγνώσκειν Codd. et edd. Si lectio sana, cogitandum ὥστε, vel potius infinitivus *respectum*, ut vulgo loquuntur, significat, (vid. Gramm. gr. §. 534.) quo illud ἐν ᾧ ἦν μοι πάντα valeat *in quo omnia mea posita erant, quantum quidem recte intelligebam.* Sed valde vereor, ne locus corruptus sit. Canter. Nov. Lect. IV, 11. coni. γιγνώσκω καλῶς, quod probat Wyttenb. l. c. p. 53. Reiske γίγνεσθαι καλῶς. Musgr. γιγνώσκεις καλῶς, quod receperunt Porson. et Elmsl. Brunck. γιγνώσκειν καλά, *in quo situm erat, ut omnia bona experirer.* (at γιγνώσκειν nunquam est *experiri* i. e. ipso usu percipere.) γιγνώσκω καλῶς sic mediae sententiae interponitur infra 924. Heracl. 977. sed ibi de vera sententia valet, hic de ea, quam fal-

sam fuisse tempus docuit. Ego vulgatam revocavi, non quo γιγνώσκειν pro γιγνώσκετε dictum putarem, quae suspicio est Elmsleii, sed quod lectionem auctoritate Codd. munitam expellere nolebam coniectura, quae nec ipsa satis commodum sensum efficere mihi videretur. Scholion ad h. l. ita obscurum est, et fortasse corruptum, ut vix quidquam inde lucreris. Fortasse tamen inde coniicere possis, γινώσκειν καλῶς histrionibus deberi. Quae coniectura si vera est, ne vestigium quidem sincerae lectionis exstat, et excogitari quidem multa possunt, ut ἐν ᾧ γὰρ ἦν μοι πάντα σώζεσθαι καλά, certum autem fundamentum, in quo emendatio nitatur, nullum remanet.

V. 233. ὅσ' ἐστιν ἔμψ. Flor. 15.

V. 237. τοῦδ' ἔτ' Lasc. B. Ald. rell. et Flor. 2. Vict. τοῦδε τ' ἄλγιον Rom. C. Lasc. A. Sed Par. A. Rom. A. D. Flor. 15. τοῦτ' ἄλγιον. Rom. B. τοῦτο δ' ἄλγ. Par. B. D. Rom. E. Stob. Tit. 73. τοῦτέ γ' ἄλγιον κ. quod recepit Musgr. τοῦτ' ἔτ' ἄλγ. Brunck. Porson. Elmsl. κακοῦ haud dubie ad praecedentia refertur, ut κακόν vocetur τὸ πόσιν πρίασθαι δεσπότην τε σώματος λαβεῖν. Quod si est, vix deesse potest accuratior definitio, quam pronomen demonstrativum continet; non *malo aliquo indefinito acerbius est hoc malum*, sed *hoc malo, quod commemoravi, aliud quod malum acerbius est.* Igitur κακοῦ τοῦδε requiri videtur. Primum malum eorum, quae enumerat, est πόσιν πρίασθαι δεσπότην τε σώματος λαβεῖν, quae non video quomodo pro duobus diversis accipi possint cum Schol. Debebat sequi: ἔπειτα κινδυνεύειν ἢ κακὸν λαβεῖν, ἢ χρηστόν. Hoc enim alterum malum est, quo mulieres laborare dicit. Itaque, *sed hoc leve est*, inquit; *hoc enim malo acerbius est aliud.*

V. 238. Lasc. A. Rom. A. B. D. E. λάβῃ. Sed in Rom. A. supra scriptum γρ. λαβεῖν, in B. εῖν.

V. 243. οἵῳ pro ὅτῳ coni. Musgr. quo non opus. συνευνέτῃ Lasc. Rom. A. B. E. Havn. συνευνέτης Rom. D.

V. 245. ξυνοικεῖ Rom. A. B. D. E. sed in A. B. supra scriptum εῖ. Pro βίᾳ Havn. in textu habet γνώμῃ, quod ortum e notatione grammatici, hanc γνώμην esse monentis, alterum in marg. Flor. 10. μὴ βίᾳ ζυγὸν φέρων, 15. μὴ φέρων βίᾳ ζυγόν.

V. 248. *καρδίας χόλον* Ald. quod e v. 586. ortum videtur Elmsleio. Contra Lasc. MS. Cott. Paris. omn. praeter E. Florr. tres, Vict. Eustath. p. 739, 36 = 635, 14. *καρδίαν ἄσης*, quod recepit Musgr. et Brunck., prob. Valck. annot. in N. T. p. 341. Rom. C. *καρδίαν ἄσσης* c. gl. *λύπης*, *βλάβης*. Rom. A. B. Paris. E. *καρδίαν ἄτης*. Havn. *καρδίαν ἄσην* et in marg. *ἄτης*. Sed Olympiod. ap. Ruhnk. ad Tim. p. 247. Rom. D. *καρδίας ἄσην*, quod recepit Porson. Haec lectio vel eo nomine deterior est altera, quod vulgarem locutionem habet, nostra exquisitiorem. Sic Bacch. 260. citante Elmsl. *βότρυος ὑγρὸν πόμ'*, — — *ὃ παύει τοὺς ταλαιπώρους βροτοὺς λύπης*. Similiter ib. 212 sq. *καὶ σφᾶς* — — *παύσω κακούργου τῆσδε βακχείας τάχα*. Hipp. 511 sq. *ἅ σε — παύσει νόσου τῆσδε*. Cf. Soph. Phil. 1379. Quod vero lectioni suae praesidium e lectione Aldina petit Porson., id valde infirmatur, si illa e v. 586. fluxit.

V. 249. *φίλων τίν'* Ald. Florr. tres, Havn. *φίλον τιν'* Lasc. Paris. A. Rom. A. B. C. D. Vict. Difficile est eligere: nam quod Elmsl. dicit, tragicos libentius usurpare *φίλων τις*, *ἐχθρῶν τις*, *θεῶν τις*, *ἀνθρώπων τις* et similia, quam *φίλος τις* etc. id recte explosum est ab Hermanno ad Soph. Ai. 977. Cuius rationem si sequaris, melius etiam h. l. est *πρὸς φίλον τινά*. Ego tamen Codd. tantum auctoritatem secutus sum. — *πρὸς ἥλικας* e coniectura edidit Porson. quem sequitur Elmsl. propter regulam a Porsono proditam ad Orest. 64. Me igitur *ἥλικα* reliquisse, qui Orest. 52. e sola Porsoni coniectura *παρέδωκεν τρέφειν* dederim, miratur. Causa est, quod, etsi plerumque brevis syllaba finalis ante mutam cum liquida brevis manet, tamen loca non pauca exstant, ubi producitur; nec mirum, quum etiam in mediis vocibus breves syllabae haud raro producantur ante mutam cum liquida, ut *πατρός* Soph. Oed. C. 442. *ὕβρις* ib. 883. *νεκροί* Ant. 1240. Eur. Ph. 881. *ὀκνεῖν* Soph. El. 320. Eur. Or. 782. Loca illa, in quibus brevis syllaba ante mutam cum liquida producitur, emendare quidem conatus est Erfurdt. ad Soph. Ai. 1109. Sed regulam statuere, tum loca, quae ei regulae adversantur, corrigere, quid aliud est, nisi quod dialectici vocant, *petitionem principii facere?* nisi forte hoc in dialecticis tantum reprehendendum est, in

grammaticis non item. Libenter tamen ἥλικας admisissem, si Codex aliquis illud obtulisset, quia, ubi inter ἥλικα et ἥλικας optio est, illud ad similitudinem verb. φίλον τινά effictum videri potest; et post editam Medeam vidi, in Cod. Havn. ἥλικας scriptum esse. Quare nunc non dubitarem recipere.

V. 250. ἀνάγκην Havn.

V. 253. ἀσπίδας Havn.

V. 255. αὐτός Ald. rell. αὑτός Brunck. ἅυτός Porson. πρός σε Lasc. — πόλις θ' ἥδ' ἐστι Ald. rell. Rom. C. πόλις γ' ἥδ' ἐ. Lasc. quo alludit etiam Rom. A. σοὶ μὲν γὰρ πόλις ἥδ' ἐ. transposito γάρ, quod pro γ' scriptum est. Copulam omittunt Rom. B. D. Flor. 10. 15. Havn.

V. 257. φίλων συνουσία edd. et MSS. Sed Paris. A. Rom. D. pro var. lect. κοινωνία. Contra Flor. 10. κοινωνία in textu habet, cum gl. συνουσία. κοινωνία ediderunt Brunck. Porson. Elmsl. Sane κοινωνία exquisitius videtur, quam pro grammatici foetu.

V. 259. ἡ πρὸς ἀνδρός Flor. 15. λελησμένη Lasc. λελῃσμένη Havn.

V. 260. οὐδὲ συγγενῆ Ald. rell. X. Π. 756. Rom. C. οὐχὶ συγγ. Lasc. Schol. Par. A. Rom. A. B. D. Flor. 10. 15. Havn.

V. 261. In Hervag. 1. huic versui praefixae sunt litterae ἰο. Pro iis ὡς Herv. 2. quod deleri iussit Canterus, delevit Barn.

V. 262. τοσοῦτον δέ σου Flor. 10. 15. Rom. D. C. Havn. τοσοῦτον δὲ σου (Rom. δὲ σοῦ). Rom. B. τόσοῦτο δ' ἐκ σοῦ.

V. 264. δίκην, quod coni. Elmslei. in Mus. crit., habent Rom. D. Flor. 15. quod verum puto. Sic Heracl. 847. κατιτίσασθαι δίκην ἐχθρούς. 877. ἐχθροὺς λαβόντα μὴ ποτίσασθαι δίκην. quae loca attulit Elmsl. — Pro τῶνδ', Flor. 2. τονδ'.

V. 265. τὸν δόντα γ' αὐτῷ Rom. C. Flor. 2. τὸν δόντ' αὐτῷ Havn. ἥν τ' ἐγήματο omnes edd. et MSS. et Eustath. ad Il. θ', p. 694, 24 = 573, 44. inter exempla medii pro activo positi. Vulgatam miro modo defendit Seidler. ad Eur.

El. 246. *ἣν τ' ἐγήμ.* valere dicens *αὐτήν* (imo *ταύτην*) *ἡ*, quasi vero nominativus pronom. relat. unquam propter praecedentia in accusativum mutetur. Verum videtur *ἥ τ' ἐγήμ.* quod propositum a Porsono recepit Elmsl. constructione simili ei, quae infra occurrit v. 512. *πτωχοὺς τ' ἀλᾶσθαι παῖδας, ἥ τ' ἔσωσά σε.*

V. 266. Stob. Tit. 73. in ed. Trincav. et Gesn. *γυνὴ γάρ ἐστι τ' ἄλλα* (Gesn. *τἄλλα*) *μὲν φόβου πλέα.* Schol. ad Soph. Ant. 61. *γυνὴ γὰρ τἄλλα φόβου πλέα. τἄλλα,* an *τἆλλα* scribendum sit, disputat Wolf. in Anal. litt. I. p. 431. Elmsl. ad v. 888. *φόβου* etiam Lasc. Lib. P. Burn. Rom. A. B. C, D. Flor. 2. 10. 15. Vict. Havn. et sic iam Herv. 2. rell. *φόνου* Ald.

V. 267. *κακὴ δ' ἐς ἀ.* recte ex codd. et MSS. revocavit Elmsl. quum e Tyrwhitti sententia Brunck. et Porson. edidissent *κακή τ' ἐς ἀλκ.* Duplex oppositio est, inquit; prima inter *τἄλλα μὲν* et *ὅταν δ' ἐς εὐνήν,* altera inter *φόβου* et *ἀλκήν.*

V. 270. *δράσον* Lasc. *δρᾶσον* Paris. A. Rom. A. B. Cott. Mag. Flor. 2. 10. 15. Havn. *δράσω τάδ'* recte Brunck. explicat, id est *σιγήσομαι.*

V. 271. *πενθεῖν σοῦ δ' οὐ* Havn. *θαυμάσω* pro *θαυμάζω* Lasc. Rom. D. Flor. 10. 15. Havn. et Schol. Sed futurum, ut recte monet Elmsl., est *θαυμάσομαι,* non *θαυμάσω.* Cf. Monk. ad Eur. Alc. 158.

V. 273. *καινὸν* Havn.

V. 276. *λαβοῦσα* Rom. A. ante corr. Havn. Idem *δισσὼ,* pro *δισσά,* quod omittit Rom. C. *σὺν αὐτῇ* Rom. A. ante corr. C. D. Flor. 2. *σὺν αὑτῇ* Lasc. Rom. A. a corr. Havn. Schol.

V. 281. *ἐξιᾶσι* recte Vict. Havn. ut iam edidit Barn. Pro *πάντα δή* Havn. *πάντως δεῖ.* Citat hunc versum Schol. Soph. Aiac. 1032. ubi edd. Turneb. Steph. Iohns. *θνητοὶ* pro *ἐχθροί,* quod ipsum e priore fabulae editione servatum putat Osann. p. 93.

V. 283. *εἰρήσομαι* Lasc. Paris. A. Rom. D. Flor. 10. 15. *εἰρήσομαι* Homericum est, *ἐρήσομαι* Atticum. Mox solus Paris. A. *καὶ κακῶς λέγουσ' ὅμως.* Brunck. coni. *καὶ ξένη περ οὖσ' ὅμως.* Vid. Porson.

V. 284. τῆςδε γῆς ἀποστ. Rom. A. Havn. a m. sec. Hinc Rom. B. τῆςδε γῆς στέλλεις.

V. 285. περιαμπίσχειν Ald. rell. περαμπέχειν Lib. P. παραμπέχειν Flor. A. Paris. A. Rom. A. B. D. E. Flor. 2. 10. 15. Havn. Brunck. Porson. παραμπέσχειν Lasc. παραμπίσχειν Par. B. D. E. Cotton. (qui etiam παρ' ἀμπέχειν) Schol. Hoc Elmsleius etiam praetulit, formam ἀμπέχειν non exstare monens apud Eurip. Nec ex παραμπέχειν librarius fecisset — ίσχειν.

V. 287. ξυμβάλλεται τοῦδε δείματος dictum esse existimo, quia poëta cogitaret de συλλαμβάνεσθαι, συνάρασθαι τινός, *adiuvare*, cuius vis in συμβάλλεσθαι, *conferre ad aliquid*, quodammodo inest. Ceterum Lasc. Rom. omn. Florr. tres, Havn. συμβάλλεται.

V. 288. σύ post πέφυκας addit Flor. 10.

V. 290. ἀπειλεῖν sine σ' Ald. rell. Paris. A. Rom. A. B. C. Havn. ἀπειλεῖς Lasc. Par. B. D. Cott. Rom. E. Flor. 10. 15. ἀπειλαῖς Flor. A. ἀπειλῆς Rom. D. ἀπειλῇ Havn. κλύω δ' ἀπειλεῖν σ' Musgr. unde orta videtur varietas lectionis, et sic Flor. 2. Vict. Brunck. propter tautologiam κλύω, ὡς ἀπαγγέλλουσί μοι, edidit χόλῳ δ' ἀπειλεῖς. Sed tautologiam recte defendit Porson. loco Hel. 1050. βούλει λέγεσθαι, μὴ θανὼν, λόγῳ θανεῖν; et Elmsl. in Auct. loco Phoen. 736. — ἀπαγγέλουσι Lasc. Rom. A. D. E. et altero λ supra scripto Rom. C.

V. 293. ἀπεχθέσθαι Elmsl. quia praesens sit ἀπεχθάνομαι, aoristus ἀπηχθόμην. ἀπέχθεσθαι legitur etiam in Thucyd. I, 136. Theocr. 7, 45. ὥς μοι καὶ τέκτων μέγ' ἀπέχθεται. Plut. T. II. p. 124. B. ἀπεχθεῖσθαι.

V. 294. σθένειν Lasc.

V. 296. *Κρέων* Lasc.

V. 297. ἔβλαψε γλῶσσα Stob. tit. 36. p. 217. Gesn. 142. Grot. non apte ad sensum. vid. Porson. et Elmsl.

V. 299. διδάσκεσθαι pro διδάσκειν usurpat Soph. Trach. 681. ἐγὼ γὰρ, ὧν ὁ θὴρ με Κένταυρος — προὐδιδάξατο, παρῆκα θεσμῶν οὐδέν. Vid. Heindorf. ad Plat. Protag. p. 517.

V. 300. ἧς ἔχουσιν ἀρετῆς pudenda negligentia e Zim-

mermanniana remanere passus sum, sed iam in minore editione corrigendum curavi ἀργίας. Constructionem ἄλλης ἧς ἔχουσιν ἀργίας Elmsl. longe insolentioerm dicit altera ἄλλης ἀργίας, ἧς ἔχουσιν, affert tamen Soph. El. 763. μέγιστα πάντων ὧν ὄπωπ' ἐγὼ κακῶν. Cf. locum e Trach. citatum ad v. 299. Xenoph. Anab. I, 9, 19. εἴ τινα ὁρῴη κατασκευάζοντα ἧς ἄρχοι χώρας. Pro ἄλλης Paris. A. ἀλκῆς, quod recepit Brunck., recte propterea vituperatus a Wyttenb. Bibl. cr. II, 1. p. 56 sq. Quod ipse ibidem coniecit, αἰτίας pro ἀργίας, retractavit in Curis poster. Bibl. cr. III, 4. p. 41. ἀργίαν accipiens de *otio hominis litteris et sapientiae studio dediti, nec rempublicam attingentis*, ut iam Brunck. intellexit, eosdem hos esse monens, qui supra 220. ἀφ' ἡσύχου ποδὸς δύςκλειαν ἐκτήσαντο καὶ ῥαθυμίαν. ἄλλης sumendum esse πλεοναστικῶς, iam Porsonus monuit. Cf. Schaef. apud Iacobs. ad Anthol. Palat. p. 973. Verte: *praeterquam enim quod inertiae insimulantur, quia in otio aetatem degunt, in invidiam etiam civium incidunt.*

V. 301. Aristot. Rhet. II, 21. in Ald. Ven. Basil. Camot. aliis πρὸς ἀνδρῶν, ubi Victor. ex h. l. ἀστῶν scripsit.

V. 302. σκαιοῖς Rom. C. Flor. 2. προςφέρων σοφὰ edd. et MSS. fere omnes, praeter Lasc. Par. B. Rom. E. qui προςφέρων ἔπη. σοφὰ verum esse ostendit Aristoph. Thesm. 1141. σκαιοῖσι γάρ τοι καινὰ προςφέρων σοφὰ Μάτην ἀναλίσκοις ἄν. Alterum ex Euripidis ipsius secundis curis profectum suspicatur Porson. Elmsleius hanc γνώμην Euripidi ita placuisse censet, ut eam paulum immutatam in aliam fabulam transtulerit, et huic coniecturae pondus accedere ex Aristoph. verbis, quae non minus Euripidis esse videantur, quam superiora. Mihi ἔπη ex annotatione grammatici ortum esse videtur, in σοφὰ intelligendum ἔπη indicantis, et hoc e margine in textum illatum veram lectionem expulisse. Verba autem μάτην ἀναλίσκοις ἄν e v. 329. sumsisse puto Aristophanem, paulum immutata, ut καινὰ σοφὰ non ad προςφέρων solum, sed etiam ad ἀναλίσκοις referretur.

V. 305. Ald. rell. Rom. C. Flor. 2. ἐν πόλει λυπρὸς φανῇ. Sed Lasc. Par. A. Cotton. Rom. A. B. D. E. Flor. 10. 15. Havn. λυπρὸς ἐν πόλει φ. ut ediderunt Brunck. Porson. Elmsl.

V. 307. εἶμ' Lasc. Havn.

V. 308. e v. 803. temere huc translatum esse, recte vidit Pierson. Veris. p. 58. In Paris. A. ille non nisi in margine scriptus est, quum librarium fefellisset τοῖςδ' bis deinceps positum. Agnoscit tamen eum scholiastes.

V. 309. τοῖςδ' οὖν πρ. Ald. rell. Rom. C. τοῖς δ' αὖ legendum vidit Pierson. l. c. et sic Lasc. Flor. A. Paris. A. B. D. Lib. P. Rom. A. B. D. E. Florr. tres, Vict. Havn. Musgrav. scholiastam suspicabatur scriptum invenisse τοῖς δ' αὖ προςάντης εἰμὶ, κοὐκ ἄγαν σοφή, quod recepit Brunck. Sed quum displiceret εἰμὶ geminatum, Musgr. coni. τοῖς δ' αὖ πρ. λῆμα, κοὐκ ἄ. σ. Recte Porson. monet, verba esse Medeae modeste de se loquentis et vires suas consulto extenuantis. Propter sapientiae opinionem se aliis praedicandam videri, aliis invisam esse dicit; invisam se esse, quia sapiens non haberetur, dicere non poterat.

V. 310. σὺ δ' αὖ Lasc. Rom. A. B. D. E. Flor. 10. 15. Havn.

V. 311. ἔχοιμι Rom. A. B. D. Flor. 15. Havn.

V. 313. τί γὰρ σύ μ' ἠδ. Lasc. Rom. A. B. D. E. Flor. 10. 15. Havn. quod tacite admisit Brunck. Vulgatam revocavit Porson. ἠδίκησας Cotton. Flor. 10. Havn.

V. 315. Havn. σώφρων ἕδρασας, sed in marg. σωφρονῶν.

V. 317. εὖ πράσσετε Rom. C. τὴν δὲ δὴ Ald. rell. τήνδε δὴ χθ. Rom. C. τὴν δὲ χθ. Havn. τήνδε χθ. Rom. D. τήνδε δὲ χθ. Lasc. Paris. A. Rom. A. B. D. ut primus edidit Brunck.

V. 320. Post φρενῶν comma posui, ut indicarem, verba ἔσω φρ. iungenda esse cum μή τι βουλεύσῃς κακόν. ἔσω a Brunckio editum est pro εἴσω.

V. 321. βουλεύῃς scripsisse Euripides videtur Elmsleio, quia Medeam suspicetur Creon *iam nunc* malum meditari, quippe quae aliter sentiat ac loquatur; supra autem 37. metuere nutricem, ne mali aliquid *aliquando* faciat Medea.

V. 322. τοσῶδε γ' ἦ. (non τοσῶδέ γ' ἦ. quod narrat Porson.) Ald. rell. Rom. C. Flor. 2. τοσσῷ δε δ' Schol. τοσόνδε δ' ἦ. Lasc. Rom. E. τοσσῷδε δ' ἦ. Flor. 10, 15,

Havn. τοσῷδε δ᾽ γ̓. Flor. A. Paris. A. D. Lib. P. Rom. A. B. D. ut ediderunt Musgr. Brunck. Elmsl.

V. 323. ὥς δ᾽ αὔτως Brunck. Porson. quum antea scriptum esset ὡς δ᾽ αὔτως. αὔτως scribendum videtur Elmsleio, quia accentus doceat, non ab αὐτός derivatum esse, sed potius a fem. αὐτη. Rectius iudicat Buttmann. Lexilog. p. 34 sqq. Quum in scholio ad v. 324. legatur: Ἄλλως. ῥάων ἐστὶ φυλάττεσθαι ὀξύθυμος ἀνὴρ, ὡςαύτως δὲ καὶ γυνή, Dawesius p. 97. scribendum existimabat: ἀνὴρ γὰρ ὀξ. ὥς δ᾽ αὔτως γυνή. sed vulgatam agnoscit alterum scholion ad v. 323.

V. 324. ῥᾶον Havn. sed ῥάων in marg. Contra Dawesium, ῥάων φυλάσσεσθ᾽, i. e. φυλάσσεσθαι, tentantem l. c. Dorvillius ad Char. p. 442. (469. ed. Lips.) recte monet, φυλάσσειν idem esse, quod τηρεῖν, et proprie significare, *observare* aliquem, ne quid faciat. Cf. Heindorf. ad Plat. Gorg. §. 38. p. 50.

V. 325. Valcken. coniecturam ad Phoen. 497. μὴ λόγους πλέκε recepit Brunck. Vulgatam revocarunt Porson. et Elmsl. Hic, *qui dicit* μὴ λόγους πλέκε, inquit, *iubet, ut recta simplicique oratione utare; qui vero* μὴ λόγους λέγε, *ut omnino taceas.* Aristoph. Ach. 302. σοῦ δ᾽ ἐγὼ λόγους λέγοντος οὐκ ἀκούσομαι μακρούς.

V. 326. ἄρηρε Ald. rell. ἄραρε e Paris. A. recepit Brunck. et sic Pseudogregor. v. 1264. Lasc. omnes Rom. Flor. 10. 15. Havn. Vid. Valck. ad Hipp. 1090. Brunck. ad h. l. — ἔχει Rom. A. B. sed in A. supra scr. ς.

V. 327. μένης Lasc. Par. A. Flor. A. Rom. A. B. D. E. Flor. 10. 15. Havn. In Rom. A. supra scriptum γρ. καὶ μενεῖς, in B. εἷς. μένης e sq. δυςμενὴς ortum videtur.

V. 328. Scribe: μὴ πρός σε γονάτων, ut monuit etiam Elmsl. σε om. Ald. Brub. Herv. 1. 2. Rom. C. Havn. addidit Canter. e Scholiaste, et sic Rom. A. B. D. E. Flor. A. Florr. tres. μὴ πρός σε γούνων Lasc. μὴ πρός σὲ γούνων Cotton. quod recepit Porson. Vid. ad Phoen. 852. τε ante νεογάμου om. Havn.

V. 330. αἰδήσῃ Flor. 15.

V. 331. φιλεῖν pro φιλῶ Flor. 15.

V. 332. μνείαν νῦν ἔχω Havn.

V. 333. πλεῖν γὰρ τέκνων Rom. A. B. supra πλεῖν scripto in A. ἦν ab al. m. supra τέκνων vero ο a pr. m. Sic etiam in B. quae mihi aberrationes librariorum potius, quam scripturae consulto invectae videntur. — ἔμοιγε φίλτατον πολὺ Ald. rell. Flor. 2. 10. Rom. C. D. Havn. φίλτατον ἔμοιγε πολὺ Rom. A. B. ἐμοὶ pro πολὺ Flor. 15. Sed Lasc. Paris. A. D. Rom. E. πόλις pro πολύ, quod receperunt Brunck. Porson. Elmsl.

V. 336. Rom. C. λάθῃ, supra scripto οι. Utrumque bonum esse iudicat Elmsl. dissentiente V. D. in *Edinb. rev.* nr. 38. p. 485. not. qui recte monet, in optatione maiorem vim inesse, quam in coniunctivo imperativi vicem tenente. Optativum h. l. agnoscunt Plut. Brut. p. 1008. B. Athen. p. 156. F.

V. 337. ἔρῤ', ὦ μ. Valck. coniicit ad Hipp. 973. ex huius fabulae v. 1336. Vulgatam recte tuentur Brunck. Porson. Elmsl.

V. 338. πονοῦμεν ἡμεῖς. Vis est in ἡμεῖς. Quum Creon dixisset, molestia me libera, Medea respondet, *Imo vero ego in molestia et miseriis versor*, cui additur ἐκ παραλλήλου κοὐ πόνων κεχρήμεθα. Itaque prorsus inutilis est Musgr. coniectura, πόνος μέν· ἡμεῖς δ' οὐ πόνῳ κεχρήμεθα; quam, ut certissimam, receperunt Brunck. Porson., non cogitantes, in ea scriptura minus commode Creonti concedere Medeam, eum in πόνοις esse. Ut h. l. πόνων κεχρήμεθα, sic Suppl. 457. ἥκεις δὲ δὴ τί τῆσδε γῆς κεχρημένος; Iph. A. 371. τοῦ κέχρησαι. Vid. Elmsl. ad Eur. Heracl. Add. v. 801. p. 142 sq. Imperite in Indice Beckiano haec ad χρῆσθαι referuntur, quae ad χρῄζειν pertinent.

V. 339. ὠθήσῃ Ald. rell. ὠσθήσῃ e Paris. A. dedit Brunck. et sic Mag. Flor. 2. Vict. Noster Hcl. 452. καὶ τάχ' ὠσθήσει βίᾳ.

V. 340. τοῦτ' ἀλλὰ Flor. 2. ἀλλά σ' αἰτοῦμαι copulanda videntur cum v. 344. αἰτοῦμαί σε μίαν τήνδ' ἡμέραν ἐᾶσαί με μεῖναι.

V. 343. τί δ' αὖ β. Lasc. Rom. A. B. D. E. Flor. A. Florr. tres, Vict. Havn. Elmsl. in auct. scribendum censet τί δὴ βιάζει, ut infra 1001.

V. 344. με om. Havn.

V. 345. Elmsl. coni. οἳ φευξούμεθα.

V. 347. προθυμᾶ Flor. 15.

V. 349. εἰκός ἐστιν sine δ' Flor. A. et 10. σ' ante ἔχειν omittit Havn.

V. 353. δή om. Flor. 15. Havn.

V. 354. Lasc. καὶ νῦν μὲν ὁρῶ γ' ἐξαμαρτάνων.

V. 358. οὐ ψευδής Ald. rell. ἀψευδής Lasc. Musgrav. MSS. omn. Flor. A. Rom. omn. Florr. tres, Vict. Havn.

V. 359. μίμν' ἐθ' ἡμ. μ. edidit Porson., ut melius cum locis similibus 344. 377. 393. congrueret, satis levi de causa.

V. 360. δράσαις Rom. A. B. D. E. Flor. 15. Havn. Hic etiam δεινῶν.

V. 361. om. Rom. C. Flor. 2. 15. In margine habet Havn. De usu monometri in exordio carminis anapaestici dubitat Seidler. Epist. ad Lobeck. ad calcem Aiacis p. 433.

V. 362. τόσων ἀχ. Flor. A. τόσσων ἀχ. Cotton.

V. 363. πρὸς ξενίαν Flor. A. Rom. A. B. D. Cotton. Florr. tres, Havn.

V. 364. δόμων Rom. C. Havn.

V. 365. εὑρήσεις Flor. A. et 10. Non male abesset ἐξευρήσεις, inquit Elmsl. Noster Phoen. 984. (977.) ποῖ δῆτα φεύγω; τίνα πόλιν; τίνα ξένων;

V. 367. ἐπόρευσεν tres Florr. Vict.

V. 368. πανταχοῦ Χ. Π. 1060.

V. 369. μὴ δοκεῖτέ πως Rom. A. B. πως Havn. Hinc Pseudogreg. ἀλλ' οὔτι ταύτῃ ταῦτα· μή, σύ πω δόκει. Ἔτ' εἴσ' ἀγῶνες σοί τε καὶ μιαιφόνοις, ut locum emendavit Valck. ad Hippol. 41.

V. 371. κηδεύμασιν pro κηδεύσασιν Flor. 15. — οὐ μικροί Rom. A. B. E. Havn. οἱ μικροί Rom. D.

V. 372. θωπεῦσαι ποτέ Flor. A. Par. A. D. Cott. Rom. A. B. D. E. Flor. 10. 15. ut edidit Musgr. Utrumque ἄν om. Par. A.

V. 378. τῶν ἐμῶν νεκροὺς ἐγώ, omisso ἐχθρῶν, Flor. 15.

V. 379. Rom. A. B. πατέρα καὶ κόρην. Rom. C. πατέρα τε κόρην.

V. 380. De loco Grammatici ap. Bekker. Anecd. p. 99. vid. Bast. ad Gregor. Cor. p. 156.

V. 381. Rom. D. ὁποῖα. Idem habet Rom. E. a m. pr. correctum deinde in ὁποίᾳ. Lasc. ὁποῖαν (sic).

V. 384. Vid. ad v. 41. ἐςβᾶσ' Flor. 2. Vict.

V. 387. ἐμοῖς om. Havn.

V. 389. ἢ πεφύκαμεν σοφαὶ μάλιστα quum de una Medea acciperet Elmsl. edidit σοφοί e regula, vid. Gramm. gr. §. 436. 3. Idem videbatur Andr. Dalzelio in Mus. crit. Cant. n. 3. p. 329. Sed rectius Porson. ibid. p. 334. de toto genere feminco hoc valere, et Euripidem hanc occasionem sexui maledicendi non praetermisisse monet. Idem citat Ion. 618 sq. ὅσας σφαγὰς δὴ φαρμάκων τε θανασίμων γυναῖκες εὗρον ἀνδράσιν διαφθοράς. Elmsl. quidem Auct. annot., quum eo loco σφαγάς et φάρμακα coniungat poëta, ex eo quidvis potius cum hic dixisse colligi posse censet, quam mulieribus magis convenire φάρμακα quam σφαγάς, quae Medeae sit sententia, si recte legatur σοφαί. At non opus erat, in Ionis loco commemorare, utrum genus mulieribus magis conveniret; satis erat dicere, ad utrumque eas proclives esse. Veneficia vero ingenio muliebri magis convenire, quam caedem manu perpetratam, recte dicere possis, si quidem, qui infirmiores sunt, ad clandestina consilia confugere solent. Cf. Herm. ad Viger. n. 50. — κτανεῖν Ald. rell. Rom. C. ἑλεῖν Lasc. plerique MSS. Musgr. Rom. A. B. E. Flor. A. et 10. 15. Havn. et pro var. lect. Flor. 2. ut iam edidit Musgr.

V. 390. καὶ δὴ τεθνᾶσι. Vid. Gramm. gr. §. 510. 7.

V. 392. Auctor Χρ. πάσχ. 887. δέμας τόδε. Eleganter, inquit Porson. sed hoc solo auctore quidquam mutare nolui.

V. 393. μικρὸν Havn.

V. 397. κἂν μέλλω θ. Flor. A. Cott. Flor. 10.

V. 398. MSS. et edd. τόλμης δ' εἶμι, quod nunc mutatum nollem.

V. 403. σφι Brunck. ed. e Paris. A. et sic Havn. pro σφιν. Sed de illa forma dubitat Elmslei. quum σφιν saepe metro necessarium sit, σφι vero nusquam, ne apud Soph. quidem Oed. C. 421. quem locum laudat Brunck. σφίν cum ἐμίν, τίν, ἵν comparat Buttmann. Lexil. I. p. 60, 14.

V. 404. ἐμᾶς χθ. Havn.

V. 408. καὶ γέλωτα Par. E. Lib. P. Flor. 2. Vict. ὀφλεῖν scribendum cum Elmsleio, quem vid. ad Heracl. 985.

V. 409. Flor. A. τῶν τ' Ἰάσ.

V. 410. πατρός om. Havn.

V. 412. ἐς Havn. unde lectio ἐσμὲν fluxit. Lasc. Rom. omn. Stob. Tit. 73. ed. Trincav.

V. 413. Χο. praefigit Havn.

V. 414. χωρεῖν, *ire* pro *fluere* illustrat Wyttenbach. ad Plut. p. 320. — πηγαί Rom. C. E. Mag. Flor. 2. quod supra scriptum in Rom. A.

V. 415. δίκαι Paris. B. D. Rom. E. δίκαια Flor. 15.
α
Vict. quod ortum ex δίκαι. — καὶ πάλιν πάντα Rom. C. Flor. 2. πάντες Flor. A.

V. 417. οὐκέτι omittit Rom. D. πίστιν Flor. A. ἄραρε Paris. A. omn. Rom. Flor. 10. 15. Havn. ut pro ἄρηρε edidit Brunck.

V. 419. φῆμαι Flor. 10. Iniuria στρέφουσι sollicitat Elmsl. coniiciens στέψουσι vel στρέψουσι. στρέφουσι est pro στρέφονται.

V. 420. ἄρχεται Havn.

ε
V. 422. παλαιγονέων Havn. E Flor. A. in apogr. Hamb. enotatum γενναίων. λήξουσ' ex emend. Heathii edidit Brunck. pro λήξουσιν. λήξουσι Rom. D. ἀοιδῶν Havn.

V. 423. ὑμνέουσαι Rom. A. B. Flor. 10. Havn. ὑμναίρουσαι Rom. D. ὑμνεῦσ' Mag. Flor. 2. Vict. Rarissimam apud Tragicos formam ὑμνεῦσαι tuentur non solum reliqui codd. sed etiam Eustath. p. 634, 13. τὸ ὑμνεῖν φαύλως ἐκλαμβάνεται ποτὲ κατὰ βαρεῖαν ἀντίφρασιν. Σοφοκλῆς (El. 375.) ὑμνήσεις κακά, ἤγουν ὑβρίσεις. καὶ ἐν Οἰδίποδι τῷ τυράννῳ (1275.)· τοιαῦτ' ἐφυμνῶν, ἤγουν δυσφημῶν. Αἰσχύλος (Sept. ad Th. 7.)· ὑμνεῖται ὑπ' ἀστῶν φροιμίοις πολυῤῥόθοις. Εὐριπίδης· τὴν ἐμὴν ὑμνεῦσαι ἀπιστοσύνην, ἤγουν κακολογοῦσαι. καὶ ἐπεὶ ἀντάχησαν ὕμνοι, αἱ κατὰ τῶν ἀνδρῶν ὕβρεις δηλαδή.

V. 425. Pro ὤπασε Lasc. Paris. B. D. Burn. (C. ap. Pors.) Rom. E. Vict. ἔπνευσε. Proximo versu ἐν ἁμετέρᾳ γνώμᾳ pro ἁμετέρᾳ γνώμᾳ ὤπασεν. Vid. Porson. ad v. 629.

V. 426. 27. 28. Ald. Brub. Herv. 1. ἐπεὶ ἀντάχησαν ὕμνον ἀρσένων γέννα. In prioribus conspirant reliquae editiones et codd. sed Herv. 2. Canter. Barn. Musgr. etc. Rom. A. D. Flor. 15. γέννᾳ. Flor. 10. γένναι. Flor. A. γέννηαι. Flor. 2. Vict. ἀρσένων μὲν γέννα. Pro ὕμνον Eustath. l. c. citat ὕμνοι, quam scripturam agnoscit etiam schol. οἱ ὕμνοι τῶν μελῶν ἀντήχησαν ἂν κ. τ. λ. Rom. A. a corr. B. ὕμνοις. Rom. A. ante corr. ἀντάχησα ὕμνοις, supra scr. ὕμνον. ἀντάχησεν ὕ. Barn. et schol. ἀντάχησ' ἂν ὕμνον e Scaligeri, Reiskii, Heathii, Tyrwhitti emendatione ediderunt Musgr. Brunck. Porson. Elmsl. Fuit, quum legendum censerem: ἔπη ἀνταχῆσαι ὕμνων ἀρσ. γ. *ita ut convicia vicissim in viros coniicere possemus.*

V. 428. ὁ μακρὸς δ' αἰ. Flor. 15. Havn, in quo ὁ deletum a manu sec.

V. 430. πατρίων Ald. rell. πατρῴων e Par. A. edidit Brunck. et sic Lasc. omnes Rom. Mag. tres Florr. Vict. Havn. Vid. ad Hec. 78.

V. 431. καρδία Havn. διδύμας Rom. A. B. C. D. Havn. δίδυμος Flor. A. Sed δίδυμον ἦβαν Euripides dixit etiam Herc. f. 647. notante Elmsleio. De ὁρίσασα vid. Abresch. ad Aesch. Suppl. 563.

V. 432. ἐπὶ δὲ ξένᾳ Ald. Brub. Herv. 1. 2. Canter. ἐπὶ δὲ ξείνᾳ Lasc. omn. Rom. Mag. Flor. 10. Vict. Havn. ἐπὶ δὲ ξείνῳ Flor. 15. ἐπὶ δὲ ξεῖνον Flor. 2. Vitium ed. Commel. ἐπὶ δὲ ξένῳ in Musgravianam propagatum est, alio vitio cumulatum in ed. P. Steph. et Barnesii Cantabrig. ἐπεὶ δὲ ξένῳ.

V. 433. χθόνιον pro χθονὶ Flor. A. τὰς ἀν. Lasc.

V. 437. βέβακεν ὅρκ. Ald. rell. Rom. C. βέβακε δ' ὅ. Flor. A. Lasc. Lib. P. Rom. A. B. E. tres Florr. Vict. Havn. — οὐδέ τ' Lasc. Ald. rell. οὐδ' ἔτ' e Musgr. emendatione edidit Porson.

V. 438. μίμνει codd. et MSS. μένει Par. D. Rom. A. B. D. E. Flor. 10. Havn. Verba μίμνει, αἰθερία δ' ἀνέπτα

desunt in Flor. A. Non ita perverso iudicio Euripidem fuisse arbitratur Elmsl., ut ad licentiam confugiens priorem in μίμνει corripere maluerit, quam alteram eandemque usitatiorem formam μένει usurpare. Itaque cum Porsono μένει recepit, addens, hunc locum notissimae criticorum regulae, in diversitate scripturae vocabula rariora praeferenda esse vulgatioribus, *aperte* adversari. De syllaba brevi ante μν vid. Porson. App. ad Toup. T. IV. p. 442. Gaisford. ad Hephaest. p. 218. Erfurdt. ad Soph. Ai. 1066.

V. 439. οὐδὲ edidit Brunck. haud dubie, quia, ut ait Reiskius, οὔτε non habet antapodosin. De οὔτε — δέ, μήτε — δέ vid. ad Orest. 283.

V. 441. πάρα, i. e. πάρεισι, recte Porson. pro παρά. et sic quatuor Rom. ap. Elmsl. Pro τῶν δὲ λέκτρων, vitioso scilicet (vid. ad 439.), Porson. coni. σῶν τε λέκτρων, Elmsl. scripsit τῶν τε λ.

V. 442. ἄλλα ex Heathii coni. pro ἀλλὰ edidit Porson.

V. 443. δόμοις Flor. A. et 2. 10. Vict. ἐπέστη Lasc. Flor. 15. Havn. μετέστη Flor. A. et 10.

V. 444. *) ὡς ἀμήχανον φέρειν Stob. Tit. 20. p. 173. Gesn. 107. Grot. Sed ibi etiam Paris. et Vossianus Leid. κακόν, notante Elmsl.

V. 445 sq. Inanis est Elmsleii suspicio, elegantius esse σὺ γὰρ, παρὸν — — φέρουσαν.

V. 448. Musgr. coni. πρᾶγμ᾽, ἃ μὴ παύσῃ π. non sine causa solum, sed etiam soloece pro ἃ οὐ παύσῃ π.

V. 449. Elmsl. coni. Euripidem scripsisse λέγουσ᾽ Ἰάσον᾽, ὡς κάκ. quasi vero, quod saepe legitur, ubique inculcandum sit!

V. 452. αἰεὶ Ald. rell. ἀεὶ Lasc. Rom. omn. Havn.

V. 454. ἀνίεις Ald. rell. etiam Brunck. et Porson., quod tuetur Elmsl. pro imperfecto habens, *remittebas*. Iason quidem recte dicit ἀφῄρουν, ἐβουλόμην de iis, quae antea dicere aut facere solebat; sed Medea hoc adhuc tempore ira aestuabat, necdum quidquam de vecordia remiserat. Itaque

*) In editione versus male numerati sunt. 444. in ea est τραχεῖαν ὀργήν, qui esse debebat 445.

scripsi ἀνίης. Vict. ἀνίεις. Recte autem Elmsl. monet, ab ἀνίεις pendere non solum genitivum μωρίας, sed etiam participium λέγουσα.

V. 455. ἐκπέσῃς Havn.

V. 456. omissus est in Flor. A. Apte Elmsl. comparat Andr. 87. ὁρᾷς; ἀπαυδᾷς ἐν κακοῖς φίλοισι σοῖς.

V. 457. τὸ σόν γε Ald. rell. Rom. C. Flor. 15. Pseudogregor. 246. τὸ σὸν δέ Lasc. Flor. 2., 10. Vict. Havn. Mag. ut edidit Elmsl. τὸ σόνδε Rom. A. τοσόν δε Rom. D. τοσόν δὲ Paris. B. D. Lib. P. secundum Musgr. fortasse vitio operarum: nam quem idem habere dicit Paris. A, is τοσόνδε habet apud Brunck. τοσόνδε Paris. A. Rom. E. ut ediderunt Brunck. et Porson. Difficile est eligere. Videtur tamen, si τὸ σὸν δὲ scribas, quod verbis οὐκ ἀπειρηκὼς φίλοις opponatur, his verbis ea vis tribui, quae in iis revera non insit. Ex hoc tamen tertia scriptura τοσόνδε orta videtur, non contra. τὸ σόν γε προσκ. rectius vertunt, *tuo commodo prospiciens*, quam Markland. ad Iph. A. 1098. *praevidens tuam conditionem*.

V. 458. τέκνοις Havn.

V. 460. ξὺν αὐτῇ cum Barnesio scripsi pro ξὺν αὐτῇ probante Elmsleio.

V. 462. Comma post ἔχω delendum, ut εἰπεῖν γλώσσῃ iungantur. Reticetur vero oppositio, *quum manu te ulcisci nequeam*. μέγιστον εἰς ἀνανδρίαν κακόν dictum est, ut λοιδορεῖν τινὰ εἴς τι. de quo vid. Gramm. gr. §. 578. p. 844. ἀναίδειαν pro ἀνανδρίαν legendum contendit Wyttenb. Bibl. crit. P. V. p. 62. Sed in verbis κακία, κακός, h. l. παγκάκιστος non tam inest notio τῆς ἀναιδείας, quam τῆς ἀνανδρίας, et quae opponuntur v. 466. θράσος et εὐτολμία, proprie contraria sunt τῇ ἀνανδρίᾳ. Flor. A. εἰς ἀνανδρίας.

V. 465. deleverunt Brunck. Porson. Elmslei. Recurrit enim infra v. 1314. et aptius ibi haec conferuntur in Medeam post Creusae et liberorum caedem perpetratam, quam hic in Iasonem, nullo nisi uxoris desertae crimine laborantem. Hic additus esse videtur ab eo, qui, cuinam ἔχθιστος esset Iason, significare vellet. Quod eum cum v. 466. con-

iunxit Pseudogreg. v. 285. de Iuda; ἦλθες πρὸς αὐτὸς, ἦλθες, ἔχθιστος γεγὼς Καὶ πατρὶ καὐτῷ παντί τ' ἀνθρώπων γένει; ex eo non magis sequitur, versificatorem in suo codice versum istum hoc loco legisse, quam ex eo, quod v. 1313. ante utrumque posuit, hunc etiam versum in hominis codice ante v. 464. scriptum fuisse.

V. 466. οὔτι pro οὔτοι Rom. C. Flor. 2. Tum θάρσος Rom. A. a corr. supra scripto θράσος. Rom. B. in textu οὔτοι θάρσος τόδ' ἐστὶν, in margine vero οὔτοι τόδ' ἐστὶ θάρσος. De θράσος et θάρσος promiscue usurpatis vid. Interpr. ad Thuc. III, 12. Abresch. ad Aesch. Suppl. 514. Elmsl. ad h. l. Monk. ad Alcest. 620. Quem locum ex Etymol. MS. Bibl. Traj. citat Abreschius, idem legitur etiam in Etymol. Gudiano p. 255, 27. et paucis mutatis in scholiis ad h. l. Versus Euripidis in MS. Trai. ita scribitur: οὐ θράσος τῷδε ἐπεὶ οὐδὲ τόλμη κακῶς φίλους δράσαντας ἐναντίους βλέπειν, in Gud. οὐ θράσος τὸ δ' ἔστιν οὐ δὲ τόλμη κακῶς φ. δράσαντας ἐναντίως βλέπειν.

V. 468. νόσον Rom. C.

V. 472. „Aldus, ἐκ τῶν, δὲ πρώτων πρῶτον ἄρξομαι λέγειν; Id est, ἐκ τίνων δὲ πρώτων. Apud Aldum enim τοῦ cum distinctione τίνος significat.“ ELMSL. Signum interrogationis deletum iam in Herv. 2. Canter.

V. 475. πυριπνόων Flor. 15.

V. 476. ζεύγλαισι Lasc. Paris. A. Rom. A. B. D. E. Flor. 10. 15. Havn. Vulgo ζεύγλῃσι. Pro θανάσιμον V. D. in *Classic. journ.* 3. p. 566. coni. θανατηρόν. haud dubie ob locum Grammatici ap. Bekk. anecd. gr. p. 99. Sed recte iam Bast. ad Gregor. Cor. p. 156. monuit, Grammaticum illum vocem ab Atticistis repudiatam auctoritate Euripidis tueri voluisse.

V. 477. δράκοντα δ' Rom. A. B. C. D. quod admisit Elmsleius, minus recte, opinor. ὡς pro ὅς Havn. a pr. m. Pro ἀμφέπων Flor. A. Paris. A. B. D. Lib. P. omn. Rom. Mag. Vict. Havn. Lasc. ἀμπίσχων, *insigne exemplum*, inquit Porsonus, *pravae lectionis a plurimis et optimis Codd. defensae.* — δέρος Mag. Vict.

V. 478. omittit Lasc. σπείρας Flor. 15.

V. 483. ἀπέκτεινεν Flor. 15.

V. 484. παίδων ὑπ' αὐτοῦ. *Imo* παίδων ὑφ' αὐτοῦ. ELMSL. πάντα δ' ἐξ. Rom. A. B. D. E. Lasc. Schol, Flor. 10. 15. Havn. quod melius videtur Elmsleio. δόμον pro φόβον Lib. P. et in marg. Paris. B. Rom. C. Mag. Vict. eamque lectionem agnoscit etiam Schol. in quo corrige typothetae errorem φόβου. leg. φόβον. Sensus est: *teque omni metu liberavi.*

V. 486. In Rom. A. supra καινά scriptum καὶ νέα a pr. m. καὶ νέ ἐκτήσω λέχη.

V. 487. παίδων ἔτ' ὄντων Havn.

V. 488. σύγγνωστ' ἂν ἦν σοι Ald. Barn. Rom. C. Par. E. Flor. 2. Vict. συγγνωστὸν ἦν σοι Lasc. Flor. A. Paris. A. B. D. Cott. Rom. A. B. D. E. Flor. 10. 15. Havn. σύγγνωστ' ἂν σοι Brub. Herv. 1. 2. ubi Canterus, qui Aldinam nunquam inspexisse videtur: *Videtur ἦν deesse post ἄν.*

V. 490. ἢ θεοὺς Lasc. Ald. rell. et Codd. Schol. Aesch. p. 768. ed. Reisk. ἢ θεοὺς νομίζω. εἰ θεοὺς e Lib. P. ediderunt Musgr. Brunck. Porson. Sed ἢ in priori membro pro πότερον, quamvis raro, poni ostendit Elmsl.

V. 491. θέσμ' ἐν ἀνθρώποις. Sic Lasc. Rom. E. Flor. 10. 15. θέσμ' ἐν ἀνθρ. Rom. A. B. D. θέσμια ἐν ἀνθρ. Havn. Vulgo θέσμι' ἀνθρ. quod ortum videtur ab eo, qui θεσμά a θεσμός recte dici ignorabat, et ἐν versui nocere, si θέσμι' legeretur, intelligebat.

V. 494. Debebat dici, ὦ δεξιὰ χεὶρ — — καὶ τάδε γόνατα. Sed praecedente ἐλαμβάνου inductus genitivum posuit, ut recte monet Erfurdt. ad Soph. Ai. 993.

V. 497. Ald. rell. et Codd. fere omnes δοκοῦσα μέν τι. Schol. μέν τοι. Lasc. μέν τε. Paris. D. pro v. l. et Burn. (C. Porsoni) μή τι, ut ediderunt Musgr. Brunck. Porson. *Male,* inquit Elmsl. *Non dicitur δοκῶ μὴ πράξειν καλῶς, sed δοκῶ οὐ πρ. κ.* Non quaeritur, utrum δοκῶ οὐ dicatur, an δοκῶ μή, sed qua ratione quoque loco alterutrum dicatur. Ubi enim de re ipsa per se sermo est, dicitur δοκῶ οὐ, ut Soph. El. 61. δοκῶ γὰρ οὐδὲν ῥῆμα σὺν κέρδει κακόν. Ubi cogitatio rei designanda est, ponitur μή. Ita si dicendum esset, *non quo putem,* ubi illud *putare* negatur, dicendum est οὐ δοκῶν; ut Plat. Phaedon. p. 60.

D. οὐ βουλόμενος. Isocrat. Paneg. p. 41. C. (c. 1.) Panath. p. 256. B. sin *non ita ut videar*, vel *nolens videri*, legitimum est μὴ δοκῶν, ut Hec. 857. Sic h. l. si negatio ad δοκοῦσα referenda esset, scribendum esset οὐ δοκοῦσα; quum vero ad sequentia ea pertineat, quae e v. δοκοῦσα pendent, recte dixit δοκοῦσα μή τι πράξειν καλῶς. Pro σοῦ Havn. σ' οὐ, et in marg. λείπει τὸ οὐ ἢ οὐ δοκοῦσα. Elmsleius in explicando loco trepidat, nec quidquam melius novit, quam ut δοκοῦσα μέν τί scribatur, τί pro οὐδέν posito: „ut supra v. 303. (313. nostrae ed.) σὺ γάρ τί μ' ἠδίκηκας; De quo plura ad v. 635." quo loco nullus magis alienus est.

V. 498. δ' post ὅμως om. Flor. 15. Rom. A. B. — ἐρωτηθεὶς μέν Rom. D.

V. 499. Loca nonnulla hinc expressa adscripsi ad Cicer. or. pro Muren. c. 41.

V. 500. σὺ pro σοί Flor. 15.

V. 501. καλῶς τὰ νῦν Flor. A. τανῦν Lasc. Rom. D. E. Cotton. Flor. 10. Havn. in textu, sed in marg. γ' ἂν οὖν a m. sec. καλῶς τ' ἂν οὖν Paris. A. Rom. A. ante correct. quod recepit Brunck. non cogitans, si τοι ἄν per crasin coalescant, τἄν produci. γ' ἂν οὖν probat etiam Valcken. ad Hipp. p. 259.

V. 504. Lasc. Ald. Rom. E. οὐκεχρῆν coniunctim. Correxit iam Brubach. οὐκ om. Flor. 15.

V. 506. μακαρίαν Ἑλληνίδων Ald. rell. Rom. C. Flor. 2. Vict. Alexander rh. p. 580. ed. Ald. μακαρίαν ἂν Ἑλλάδα Lasc. Flor. A. Par. B. D. Cott. Rom. D. E. Flor. 10. μακαρίαν Ἑλλάδ' Herodianus ap. Villoison. Anecd. gr. T. II. p. 90. omisso ἂν propter syllabam praecedentem. Contra Havn. μακαρί' ἂν Ἑλλάδα. Par. A. Rom. A. B. Flor. 15. Havn. in marg. καθ' Ἑλλάδα. Quum pro μακαρίαν ἂν Ἑλλάδα scriptum esset μακαρίαν Ἑλλάδα, ἂν propter praecedentem versum omisso, alius versum supplere conatus est scribendo Ἑλληνίδων, alius καθ' Ἑλλάδα. Elmsleius revocavit μακαρίαν Ἑλληνίδων, glossam pro genuina lectione, non putans, ἂν Ἑλλάδα stare posse, nisi legatur etiam πολλοῖς. quod vereor, ut satis intelligam.

V. 507. θαυμαστὸν δέ σέ γ' Beck. Vid. Porson.

V. 508. σεμνὸν pro πιστὸν Alexander.

V. 509. εἰ φεύξομαι δὲ Ald. rell. plena distinctione in fine v. 508. posita, Rom. C. Flor. 2. Vict. Havn. εἰ φεύξομαί τε Paris. A. B. D. Flor. A. 10. 15. Rom. A. D. E. Lasc. Hinc recte Porson. εἰ φεύξομαί γε, ut enotatum ex Havn. Herodian. cod. Paris. 2929. ἢ φεύξομαί σε γ. ἑ. monente Bastio ad Gregor. p. 760. (Apud Villois. οὐ φεύξομαι γ. ἑ.) Hinc Elmsl. coni. ἢ φεύξομαί γε γ. ἑ. quo vix opus.

χ. Musgr. τ' delevit Brunck. ut omittunt Ald. et Codd. ταῖν omittunt Lasc. Par. A. Rom. A. B. C. D. Florr. tres, Havn., omnes igitur Codd. nec verum esse videtur. Porson. edidit αὐτά γ' ἐν χεροῖν. Praeterea αὐτή Par. A. Rom. A. (in quo supra scr. γρ. αὐτά) B. Flor. 15. Havn. αὐτή s. αὐτά om. Flor. 10. χερί Havn. sed a m. sec. χεροῖν. Et hic versus et antistrophicus corrupti esse videntur.

V. 972. Scholiastes citat αὐτὰ πέπλων. Havn. αὐτὰν π. sed in marg. αὐγά. Ald. rell. πέπλου. Flor. A. Par. A. Cotton. Rom. A. B. D. Florr. tres, Vict. Mag. Havn. Schol. Lasc. πέπλων. quod recepit Brunck. In Rom. A. supra scriptum πέπλου. Etiam τ' post ἀμβρόσιος omittunt Rom. A. a pr. m. D. Havn. Non iniuria vero ad hunc locum offendit Elmsl.: ineptum enim esse dicere, novae nuptae persuasuram esse venustatem divinumque splendorem *pepli*, ut *coronam* capiti imponat. Itaque πέπλον χρυσότευκτόν τε στέφανον scripsit Reiskium secutus.

V. 973. Quum hic versus non omnino cum strophico congruat, Porson. coni. χρυσεόπλεκτον, Elmsl. χρυσότευκτόν τε στ.

V. 974. νυμφοκοσμήσει Florr. tres, Vict. Schol. παρανυμφοκομήσει Rom. A. a m. pr. C. D. Havn. Lasc. παρανυμφοκοσμήσει Rom. A. a m. sec. B. Νυμφοκομεῖν h. l. non est *nubere*, ut videtur Elmsleio, sed quum, quae studiose facta in perniciem alicuius vertunt, ea hic apud inferos tractaturus dicatur, Creusa apud inferos se ornatura esse dicitur, quod nunc cupide cam facturam esse Chorus praevidet.

V. 975. ἐς ἕρκος Lasc.

V. 976. προςλήψεται omittunt Paris. A. Rom. B. C. D. Havn. Lasc. Brunckius e coniectura edidit προςλήψεθ' ἃ δύστ.

V. 978. ὑπερφεύξεται Rom. A. B. D. Flor. A. 10. 15. Havn. Rom. C. ὑπεφεύξεται (sic). Porson. metri causa e coniectura edidit ὑπεκδραμεῖται.

V. 981. ὄλεθρον Flor. 2. Vict. Mag. In Rom. A. supra βιοτάν scriptum ᾷ, i. e. βιοτᾷ. Utrumque agnoscit scholiastes, et sic edidit Elmsl. qui scholion ad h. l. recte intellexit, quod ego inepte tractavi. De constructione vid. Gramm.

gr. §. 392. h. In locis ab Elmsl. allatis plurimis non duorum substantivorum dativi iunguntur, sed substantivi et pronominis, praeterquam Rhes. 266. ἢ πόλλ' ἀγρώσταις σκαιὰ πρόςκειται φρενί. Adde Herc. fur. 175. τοῖσι γῆς βλαστήμασιν Γίγασι πλευροῖς πτήν' ἐναρμόσας βέλη. Plat. Protag. p. 334. C. τοῖς μὲν ἔξωθεν τοῦ σώματος ἀγαθόν ἐστι τῷ ἀνθρώπῳ.

V. 982. σάν pro σᾷ Flor. 2. ἀλόχῳ τε σᾷ στυγερᾷ στυγερόν Paris. A.

V. 984. μεταστένομαι. Vid. ad Hec. 211.

V. 985. Flor. A. Rom. A. B. D. φονεύεις.

V. 986. τὰ τέκνα Ald. rell. σὰ τέκνα tacite Brunck. quem sequitur Porson. τά om. Lasc. Rom. A. B. C. D. Flor. A. 2. 10. 15. Havn. Recte: additum enim est propter ὀλέθριον v. 981.

V. 994. 5. Hos versus e v. 912. 13. male repetitos docuit Valckenaerius apud Pieron. Veris. p. 59. quem sequuti sunt Musgr. Brunck. Porson. Elmsl. Interpolationem manifesto prodit ἔτρεψας, pro quo ἔστρεψας exhibent Rom. A. C. Mag. Flor. 2. Vict. Defendit tamen eos Osann. p. 88.

V. 996. αἶ quater Rom. A. B. Flor. 15. Havn. ter Brunck.

V. 997. Pro παιδ. Flor. A. πρε. i. e. πρέςβυς, ut 993. Ex eodem enotatum ξυνῶ γαρ pro ξυνῳδά.

V. 998. τίν' Lasc. recte. ἀγγέλων Lasc. Rom. A. C. a m. pr. tres Florr. Herv. 2. (in hac quidem errore haud dubie typothetae). ἀγγέλω Rom. B. Schol. Iunt. ἀγγέλλω Vict. Mag. Gl. in Rom. A. B. μηνύων. Mox τύχης Rom. C. ante corr.

V. 999. δ' om. Rom. A. ante corr.

V. 1000. ἤγγ. οἴ' ἤγγ. Aeschrion Athen. VIII. c. 14: Πολυκράτης δὲ — — — ἔγραψεν ὅσσ' ἔγραψ'· ἐγὼ γὰρ οὐκ οἶδα. Cf. Markl. ad Iphig. A. 649. Boiss. Vid. ad v. 878.

V. 1001. τί δὴ κατ. Ald. rell. τί δὲ κ. Rom. A. C. D. Havn. Vict. τί δαὶ κ. Lasc. (quae in marg. ῇ habet) Par. A. Rom. B. Flor. 10. Mag. In Rom. C. etiam supra scriptum αἰ. Pseudogreg. 730. τί δ' αὖ κ. probante Valck. ad

Ph. 1668. Has aberrationes comparanti, facilius δὲ et δὴ prava pronuntiatione oriri potuisse ex δαί, quam contra, videbitur. De δαὶ Tragicis eximendo vid. ad Hec. 1232. *Ob quidnam aliud animo deiecta es?*

V. 1002. πολλή γ' ἄν. legendum censebat Valck. ad Phoen. 1676. cui adstipulatur Erfurdt. ad Soph. Trach. 296. Vulgatam recte defendunt Brunck. et Elmsl. πολλή τ' ἄν. hic etiam Havn.

V. 1002. ταῦτα γάρ θεοὶ κἀγὼ — — ἐμηχανησάμην. Vid. Porson. ad Eur. Or. 87. et quae monui Gramm. gr. §. 298. Notanda constructio videtur Elmsleio.

V. 1004. κάτει τοι palmaria est Porsoni emendatio pro κρατεῖς τοι. Viam tamen monstraverat Musgr. legens κατάξῃ καὶ σύ. Pro τοι Flor. 15. τι, qui etiam ante τέκνων addit τῶν.

V. 1006. τῶνδ' pro σῶν Havn. De hac consolandi formula vid. Brunck. ad Soph. El. 153. Ad sq. versum Osann anal. crit. p. 97. „Aliam olim, inquit, posterioris versus lectionem extitisse fortasse colligi potest ex verbis auctoris Phalarid. epist. 144. p. 134. Boyl. qui hunc imitatus potest videri: ἐπεὶ τοίνυν οὔτε πρῶτος οὔτε μόνος τοιαύτῃ ἐχρήσω συμφορᾷ, λογίζου τὰ ἀνθρώπινα πράως φέρειν. Non magnopere ei, qui postrema verba in senarium cogere vellet, esset laborandum.“ Vir Doctus in *Classic. journ.* 3. p. 611. hos versus ita trausponit: v. 1006. 1004. 1005. 1007.

V. 1010. Recte Porson. σφῷν μέν ἐστι, consentiente Rom. A. et Havn.

V. 1013. εἰς ἄλλην Rom. C. ἄλλη Havn. a m. pr.

V. 1015. De Reiskii coniectura γυναῖκας, quae legitur etiam in Beckiana, vid. Porson. in Add. p. 508. ed. Lips. Pro γαμηλίους Flor. A. γαμηλία.

V. 1016. ἀγῆλαι, ἀντὶ τοῦ τιμῆσαι, τελέσαι μετὰ ἀγαλλιάσεως. Eustath. ad Il. ζ'. p. 656, 60. Mox Elmsl. recte ἀνασχεθεῖν. ἔσχεθον enim aoristus est, nec forma diversum ab ἔσχον. Cf. Hermann. ad Soph. El. 744.

V. 1017. Distinctionem post δυςτάλαινα primus sustulit Beck. consultone, an casu, non dixerim. Constructionem illustravit Elmsl. citans grammaticam nostram §. 348.

V. 1018. ἄλλως τ' ἄρ' Flor. 15.

V. 1019. δ' om. Flor. 2. ἐμόχθοις Flor. A. quod exemplum addendum iis, quae Elmsl. collegit ad v. 865. μάτην pro ἄλλως legitur Troad. 762.

V. 1023. περιστέλλειν Havn.

V. 1024. δήν pro δή Rom. A. B.

V. 1026. βίοτον. Flor. 15. βίον τόν.

V. 1029. προςδέρκεσθ' ἐμ. Flor. 10. προςδέρκεσθ' ἐν Havn. Supra τέκνα in Rom. B. Havn. scriptum γρ. φίλοις. Rom. A. ὄμμασι φίλοις, supra scripto γρ. τέκνα. Utramque lectionem coniunxit Flor. 2. ὄμμ. τέκνα, φίλοις.

V. 1031 sq. οἴχεται, γυναῖκες, ὄμμα φ. ὡς εἶδον τέκνων. Sic locum distinxit Musgr. concinente scholiaste et iam antea Buchanano. In superioribus edd. plene post οἴχεται, commate post τέκνων interpungebatur. Pro φαιδρόν Lasc. (Cotton. ap. Elmsl.) Flor. 10. 15. Havn. τερπνόν. In Havn. a sec. m. in marg. adscriptum est φεδρόν.

V. 1033. Pro χαιρέτω Flor. A. Cott. Flor. 10. ἐῤῥέτω.

V. 1037. Paris. D. pro v. l. παύομαι βουλευμάτων, schol. v. l. commemorat παύηται βουλευμάτων. vid. ibi annotatio.

V. 1038. Recte ὀφλεῖν Elmsl. quem vide ad Aristoph. Ach. 689. In hoc versu desinit Rom. D.

V. 1041. φρενός pro φρενί Lasc. Rom. A. B. Flor. A. 2. 15. Havn. φρενὸς λόγους Flor. 10. ut iunxisse videantur nonnulli τῆς ἐμῆς κακῆς φρενός, qua cum constructione Elmsl. comparat illam Hipp. 933. φεῦ τῆς βροτείας, ποῖ προβήσεται, φρενός! προέσθαι recte eo sensu accepit Elmsl. quo supra v. 329. legebatur λόγους ἀναλοῖς, infra 1394. μάτην ἔπος ἔῤῥιπται. Ceterum ego haec esse Medeae cum indignatione exclamantis potius, quam supplendum τῆς ἐμῆς κάκης ἐστὶ τὸ καὶ πρ.. existimo.

V. 1042. ἐς pro εἰς Havn.

V. 1043. θύμασιν Ald. Rom. C. δώμασιν Lasc. Flor. A. Paris. omnes, Rom. A. B. Flor. tres, Vict. Mag. Vulgatam longe praestare recte monet Porson.

V. 1044. διαφθερῶ. gl. in Paris. A. μαλακίσω, in Par. B. D. ἀμβλυνῶ, in quibus χεῖρα etiam explicatur ὁρμήν.

manum meam non corrumpam, misericordia scilicet, ut interpretatur Heath, vel *manum meam non commiseratione molliam, nec a caede abstinebo,* ut Wyttenb. ad Plat. Phaedon. p. 329. Nam διαφθείρεσθαι dicuntur omnia, quae in peius mutantur, pro loquentis scilicet sensu. Apte Elmsl. confert Aesch. Agam. 941. γνώμην μὲν ἴσθι μὴ διαφθεροῦντ' ἐμέ, i. e. οὐ μαλακὸς γενήσομαι. — ἃ ἃ extra versum est, ut Orest. 275. ἃ ἅ. τί δῆτα μέλλετ'; ἐξακρίζετ' αἰθέρα Πτεροῖς, τὰ Φοίβου δ' αἰτιᾶσθε θέσφατα. Nescio quo casu factum sit, ut in Musgravii editione haec interiectio in sequentem versum reiecta sit, vel potius media inter duos posita. ELMSL.

V. 1045. μήποτ' ἐργάσῃ τόδε Rom. A. B., in A. τά supra τόδε scripto, Flor. A. 10. Havn. nisi quod hi τάδε. μήποτε δράσῃ Flor. 15.

V. 1046. ὦ τάλαν. Malim ὦ τάλας. ELMSL. Havn. ὦ τάλαινα.

V. 1047. εὐφρανοῦσί με Rom. A. B. et pro v. l. Havn. ἐκεῖ gl. Par. A. ἐν Ἀθήναις.

V. 1048. παρ' ᾅδῃ mavult Elmsl. ut legitur in Rom. A. B. ν supra scripto in A. Accusativum enim assumere παρά, ubi motus indicetur, dativum in quiete, ut ait Mus. crit. Cant. T. I. p. 365. Sed vide quos citavi Gramm. gr. p. 863. not. i.

V. 1048. Rom. A. οὔτοι πόθ' (sic), supra scr. γρ. πῶς. (οὔτοί ποθ' etiam Havn.) Idem ἔσται τόδ', supra scr. γρ. τοῦθ'. ELMSL.

V. 1051 sq. Assentior Valcken. ad Phoen. 1286. hoc loco istos versus ab Euripide positos, infra v. 1230 sq. ab histrionibus invectos esse iudicanti.

V. 1052. κτανοῦμεν Rom. A. B. hic et v. 1231. Havn. κτανοῦμεν h. l. infra κτενοῦμεν. Lasc. hic κτενοῦμέν γ', infra κτανοῦμεν, etiam Flor. 10. 15. nisi quod hi γ' non habent hoc loco.

V. 1053. πέπρακται Ald. rell. Rom. A. C. Flor. A. 10. 15. Havn. πέπρωται Lasc. Par. E. Lib. P. Cottin. Rom. B. Flor. 2. Vict. Mag. In Rom. A. et Havn. etiam supra scriptum ω. Ut quod sentio dicam, πέπρωται de eo, quod homini fixum et constitutum est, usurpari non memini,

quum de iis dicatur, quae divinitus vel fati necessitate destinata sunt. πέπρακται dictum esse videtur, ut apud Soph. Trach. 83. οὐκ εἶ ξυνέρξων, ἡνίκ' ἢ σεσώσμεθα, Κείνου βίον σώσαντος, ἢ οἰχόμεσθ' ἅμα Καὶ πίπτομεν, σοῦ πατρὸς ἐξολωλότος. Eur. Iph. T. 954. ὡς τἄμ' ὄλωλε πάντα καὶ τὰ Πελοπιδῶν, Οὐράνιον εἰ μὴ ληψόμεσθα θεᾶς βρέτας. Cf. Soph. Oed. T. 1166. Eur. Or. 929. ubi de re futura sermo est, sed tali, cuius eventus tam certus esse videatur, ut fere pro re iam facta habeatur. Similis usus est aoristi supra 78. Soph. Antig. 302. ubi conf. schol. Vid. Gramm. gr. §. 506. 2. Et sic mox ὄλλυται, quasi iam nunc nova Iasonis nupta pereat.

V. 1054. ἐν πέπλοισι δὲ Rom. A. B. Flor. 10. 15. Havn.

V. 1055. σάφ' οἶδ' ὅτι malit Schaefer. melet. p. 92. ut v. 952. in nonnullis libris legebatur. Recte Elmsl. utramque formam bonam putat.

V. 1056. Recte Elmsl. distinguit: ἀλλ' εἶμι γὰρ δὴ — — τλημονεστέραν ἔτι, i. e. ἀλλὰ παῖδας προςειπεῖν βούλομαι· εἶμι γὰρ κ. τ. λ. Vid. ad Phoen. 371. — V. 1057. quibus rationibus ductus spurium iudicaverit Pierson. Veris. p. 60. non video.

V. 1059. ἀσπάσασθε Ald. rell. Rom. A. Flor. A. 10. ἀσπάσασθαι, quod coniecerat Reiskius, Musgrav. dedit e Par. A. B. D. E. et sic Pseudogreg. v. 1316. Rom. B. C. Flor. 2. 15. Havn. Mox Havn. μητρός.

V. 1060. φίλτατόν τε Beck. Male: vid. Elmsl. Herm. ad Soph. Ai. 372. 1029. — στόμα Ald. rell. κάρα Lasc. Cotton. Rom. A. B. Flor. 10. 15. Havn. quod non monito lectore recepit Porson. Sed Elmsleio hoc librariorum oscitationi tribuendum videtur, eidem scilicet causae, cui πάλλευκον κάρα v. 50. Idem commode citat huius fabulae 1389. Phoen. 1671. Pseudogreg. 1329. ὦ φίλον ὄμμα, φίλτατον δέ μοι στόμα.

V. 1062. εὐδαιμονεῖτον Lasc. εὐδαιμονοῖτην scripsit Elmsl. secundam personam dualis a tertia non diversam fuisse monens, qua de re plura dedit ad Aristoph. Ach. 733. et fere persuadet, etsi annotationem ad Acharn. scriptam non vidi.

V. 1066. *οἷά τε πρὸς ἡμᾶς* Flor. A. 10. *οἷά τε πρὸς ὑμᾶς* Rom. A. ante corr. Havn. *οἷα τε* Rom. A. a corr. — *νικῶμαι πόνοις* Pseudogreg. 594. 874.

V. 1067. *οἷα τολμήσω κακά* Ald. et Codd. plerique. Quod post Porsonum edidi, legitur apud Plutarch. II. p. 533. D. Clem. Alex. Strom. II. p. 462. Lucian. T. I. p. 717. Galen. de dogm. Hipp. et Plat. III, 2. IV, 5. 10. Synesium de regno p. 11. A. Hierocl. in aur. carm. p. 60. ed. Needh. Arrian. in Epict. I, 28. Simplic. in Epict. §. 4. 10. 11. in Categor. p. 61. a. 18. ed. Bas. 1551. Alcinoum de doctr. Plat. c. 24. et sic Lasc. Par. E. Burn. Flor. 2. Vict. Idem legisse videtur Aristides T. II. p. 413. ed. Iebb. *ὥςπερ οἱ ἐν ταῖς τραγῳδίαις εἰδέναι μὲν φάσκοντες, ἃ δράσουσι κακά, αὐτῶν δὲ κρατεῖν οὐ δύνασθαι.* clarius etiam Eustratius ad Aristot. Eth. VI. p. 85. 6. Elmsleio indic tus a Gaisfordio: *οἷον δὴ καὶ ἡ Μήδεια, εἰδυῖα μὲν ἐκ τοῦ λόγου, ὅτι φαῦλα ἦν, ἅπερ ἔμελλε δρᾶν, ὑπὸ δὲ τῆς κατὰ θυμὸν νικωμένη ὀρέξεως ἔδρασεν ἐκεῖνα, ἃ ὁ λόγος εἶναι φαῦλα ἀπέδειξε.*

V. 1071. *ἅμιλλαν* Flor. A. Quod praecedit *διὰ λεπτοτέρων μύθων μολεῖν*, Monk. ad Hipp. 927. comparat cum *λεπτουργεῖν*, quod ibi legitur.

V. 1072. *μείζους ἤλυθον* Brunck. nulla causa allata, et male, quia, quod observavit Elmsl., raro apud Sophoclem et Euripidem posteriorem dipodiae anapaesticae sedem occupat dactylus, nisi post dactylum in priori sede. — *εἰ χρὴ γενεάν* Lasc. Ald. rell. et MSS. plerique cum schol. *ἢ χρὴ γ.* Paris. A. tres Florr. etiam Havn. *ἢ.*

V. 1073. *ἀλλὰ γὰρ ἔστιν* recte Porson.

V. 1076. Ald. rell. *παῦρον δὴ γένος ἐν πολλαῖσιν,* ruente metro, quod fulcire voluit Bentleius ad Phalar. p. 141. *ἐν πολλαῖσίν γ'*, coniectura Heathio digniore, inquit Porson., quam Bentleio. *ἐν πολλαῖς* Lasc. Rom. A. B. Flor. 10. Havn. Idem habere Paris. A. B. D. suspicatur Porson. At Flor. 2. 15. Vict. *ἐν πολλαῖσιν*, ut Ald. Initio Lasc. Par. A. B. D. Rom. A. B. Flor. 10. Havn. *παῦρον δὲ δὴ γ.* unde quod Musgr. coniecit *παῦρον τόδε δή*, recepit Brunck. Quod quum paulo abruptius videretur Porsono, is edidit *παῦρον γὰρ δή.* In Rom. A. supra scriptum *γρ. δέ τι.* Rom. C.

παῦρον δέ τι γένος. Elmsleius reponendum esse δὲ iudicat propter superiora verba πάσαισι μὲν οὔ, et allatis quatuor Sophoclis locis, pergit: Ita si *semper* locuti sunt Tragici, quis non videt, neque παῦρον τόδε δὴ γένος cum Musgravio, neque παῦρον γὰρ δὴ γ. cum Porsono scribendum esse? Itaque, si codex ἀρχέτυπος huius fabulae superesset is, e quo nostra exemplaria fluxerunt, non dubitat, quin in eo legeretur παῦρον δὲ γένος ἐν πολλαῖς, quam scripturam alii aliter maiore studio quam successu emendare conati sint. Scripsisse autem Euripidem, παῦρον δὲ γένος (μίαν ἐν πολλαῖς εὕροις ἂν ἴσως) Οὐκ ἀπόμουσον τὸ γυναικῶν. Μίαν inserendum patere ex Heracl. 328. ἕνα γὰρ ἐν πολλοῖς ἴσως Εὕροις ἄν, ὅστις ἐστὶ μὴ χείρων πατρός. — Versum corruptum esse patet. Codd. fere omnes in δή, πολλαῖς et κοὐκ ἀπόμ. consentiunt. Hoc igitur fundamento uti, ne vagetur coniectura, tutissimum videtur. Et Porsoni quidem γάρ, ut nulla prorsus auctoritate munitum, omittamus. Elmsleii vero coniectura speciosa illa quidem est, sed nimis abrupte dictum videtur μίαν ἐν πολλαῖς εὕροις ἂν ἴσως, non addito, qualis sit μία illa, et, etiamsi, quod altero loco dixisset poëta, idem altero etiam dicere eum debuisse sequeretur, alia est loci Heracl. ratio, in quo adducitur illa, ὅστις ἐστὶ μὴ χείρων πατρός. Nam scholiastes, quum dicit, οὐ πάσαις, ἀλλ' ὀλίγαις, ὧν οὖσα μία καὶ αὐτὴ τυγχάνω, *significare* chorum, se e paucarum illarum numero esse, non aperte *dicere* monet, quod magis etiam patet e scholio Florent. ad v. 1079. adscripto. Itaque adhuc probo Musgravii coniecturam παῦρον τόδε δή, qua recepta servatur etiam illud κοὐκ ἀπόμουσον v. 1078. nam τόδε est αἷς μοῦσα προσομιλεῖ σοφίας ἕνεκεν, καὶ οὐκ ἀπόμουσοι εἰσίν. Si quis vero contra dicat, ὅδε ad sequentia tantum spectare, is inspiciat Hecub. 98. Orest. 886. 890. 899. Phoen. 568. 778. Quum vero dicendum esset πάσαισι μὲν οὔ, παύραις δέ, mutavit orationis formam, quod non mirabitur is, qui, quantopere conversionum orationis amantes sint Graeci, cognoverit.

V. 1081. προσφέρειν Rom. A. eraso tamen σ, Flor. A. Havn. Paulo ante v. 1079. εἰσιν Flor. 2. εἰσὶν Havn.

V. 1083. οἱ μέν τ' ἄτεκνοι edd. et MSS. elisione non ferenda, ut recte dicit Porson. Ipse Reiskii coniecturam re-

cepit οἱ μὲν γ᾽ ἄτ. quamvis μὲν γε rarissime apud Tragicos copulari fassus. Rectius τ᾽ expungi posse dicit.

V. 1083. ἀπειροσύνην Rom. A. suprascr. αν.

V. 1084. ἀνιαρόν. De quantitate huius vocis, collato hoc versu et v. 1110. aliisque additis exemplis, agit Davisius ad Maxim. Tyr. III. §. 10. Boisson.

V. 1085. Rom. C. οὐχ οἱ τυχόντες. Havn. οὐ τυχόντες.

V. 1087. οἷσιν δὲ Rom. C. Lasc. Brunck. οἷσι δὲ Ald. rell. Rom. A. B. quod revocavit Elmsl. quia mox sequatur 1098. ἤλυθε τέκνων, 1101. σώματα τέκνων. Contra 1091. λείψουσι τέκνοις.

V. 1088. Rom. B. γλυκερὸν βλάστιμ᾽. „Huc spectat glossa in (Rom.) A. τὰ βλάστιμα δὲ ἴσα τα. καὶ ἔστιν ἡ εὐθεῖα τὸ βλάστιμον." Elmsl. Pro ἐσορῶ Par. A. Rom. A. Schol. Flor. A. ὁρῶ. Ex Havn. pro eo enotatum ἐστὶ.

V. 1089. τρυχωμένους Havn.

V. 1090. θρέψωσι edd. et MSS. θρέψουσι Brunck. ipso monente ad v. 325. Sic iam Barnes. de quo ob sequens, ὁπόθεν λείψουσι, vix quisquam dubitet. ὅπως h. l. non esse ἵνα, sed ὅτῳ τρόπῳ, monet Elmsl.

V. 1091. βίοτον δ᾽ Rom. B. βίον θ᾽ Rom. A. ante corr.

V. 1092. ἐπὶ φαύλοις Par. A. Mag. εἴτ᾽ ἐπὶ χρηστοῖς, εἴτ᾽ ἐπὶ φαύλοις Flor. 2. Vict. quod legisse videtur paraphrastes ad v. 1070—1105. οὐκ εἰδότες πότερον χρηστοῖς οὖσι τοῖς παισὶν ἢ πονηροῖς. Post φλαύροις Havn. addit κακοῖς, e glossa, ut videtur.

V. 1096. καρτερῶ Flor. A. κακῶν pro κακόν Rom. A. B.

V. 1097. καὶ δὴ — εὗρον, *fac eos nactos esse*, ut supra v. 390. βίοτον Ald. rell. sine θ᾽, quod addunt Lasc. Paris. E. Rom. A. a corr. B. Flor. 2. Vict.

V. 1098. σώματά τ᾽ εἰς ἥβην ἦλθε τέκνων Ald. rell. Flor. 15. σώματ᾽ εἰς ἥβην ἦλθε τέκνων Rom. C. σώματ᾽ ἐς ἥβην ἤλυθε τέκνων Lasc. Rom. B. Havn. σῶμά τ᾽ ἐς ἥβην ἤλυθε τέκνων Paris. A. Rom. A. Flor. 2. 10. Vict. ἤλυθε etiam Flor. A. Hoc igitur recte recepit Brunck. quo

longe deterius est, quod Porson. de coniectura scripsit, σώματά θ' ἥβην εἰσῆλθε τέκνων. σῶμα dici etiam, ubi de pluribus sermo sit, satis ostendit Elmsl. productis locis Eurip. Phoen. 1359. Suppl. 61. Herc. 691.

V. 1109. Rom. A. B. κυρήσας cum gl. in A. κατὰ συγκύρειαν ἔλθῃ. In eodem supra scriptum αι ab altera manu cum gl. τύχοι συμβῇ. Lasc. tres Florr. Havn. a m. 1. Mag. κυρῆσαι. Rom. C. κυρῆσαι τύχῃ συμβαίῃ, in quibus τύχῃ συμβαίῃ est glossa verborum δαίμων κυρήσαι, ut scribitur in Vict. Havn. a m. 2. Hoc fortasse praeferendum ob consensum Codd. Certe quomodo κυρήσει ita immutari potuerit, non assequor. De εἰ autem cum optativo, sequente indicativo, vid. Erfurdt. ad Oed. T. 664. Ego vero vix mihi persuadere possum, haec integra et incorrupta esse. Nam pro meo quidem sensu misere languent illa εἰ δὲ κυρήσει δαίμων οὗτος, i. e. interprete Elmsleio, *si tamen ea fortuna eveniat*, quae nihil, nisi otiosam repetitionem eorum, quae praecesserunt, continent; friget etiam δαίμων οὗτος, prosae orationis scriptore, quam poëta, dignius. Aliud quid etiam legisse videtur scholiastes, qui haec ita explicat: εἰ δὲ δὴ, τούτων οὕτως ἐχόντων, φθάσας ὁ δαίμων, πρὶν ὄνασθαι τῶν ἀγαθῶν, τούτους ἁρπάσει, πῶς ἔτι λυσιτελεῖ. Sed quid a poëta scriptum sit, divinare nequeo.

V. 1100. δαίμων οὗτος. In Flor. 2. prima lectio fuit οὕτω, sed postea alia manus emendavit οὗτος. Etiam in Rom. A. supra scriptum γρ. οὕτως. In Ald. rell. interpungitur δαίμων, οὗτος. δαίμων οὗτος iungenda esse monuit Reiskius. ἐς ἄϊδαν Ald. rell. Lasc. Rom. C. εἰς ἄϊδην Rom. A. B. Flor. 10. Havn. ἐς Ἀΐδην edidit Brunck. ἐς Ἀΐδαν Porson. ἐς Ἀΐδην Elmsl.

V. 1101. θανάτοις Flor. A. θανάτοις Flor. 15. προφέρει Cotton.

V. 1102. πῶς δὲ Flor. 10.

V. 1103. Tres Rom. Flor. 10. 15. Havn. τήνδ' ἐπὶ λύπην. In A. supra scriptum γρ. τήνδ' ἔτι λύπην. In fine Flor. 15. ἐπιβάλλει.

V. 1106. πάλαι τοι. Sic edd. et MSS. Sed Elmsl.

;Legendum tamen πάλαι δή, inquit, si quid in his rebus video. Aesch. Prom. 977. Soph. Oed. C. 1627. Phil. 806. Eurip. Palam. fr. VIII. Aristoph. Av. 922. Xenoph. Cyr. VIII, 7, 1. Iterum confusa δή et τοι v. 1088. (1108.)" Egregie! Sic enim Flor. 10. 15. πάλαι τε δή Flor. A. In Havn. deest τοι vel δή, sed eius loco m. sec. adscripsit τι.

V. 1107. οἷ. Havn. ἢ.

V. 1108. καί τοι δέδ. Ald. rell. Rom. C. Pseudogr. v. 123. καὶ δὴ δέδ. Lasc. Flor. A. Par. A. Rom. A. B. Flor. 2. 10. Vict. Havn. quod probatum a Musgravio, receperunt Brunck. Porson. Elmsl. καὶ νῦν Flor. 15. καὶ μὴν praeferebat Valck. ad Hippol. 1151. At καὶ μήν usurpatur, ubi opportune quis, sed subito, antequam exspectaveris, advenit; hic vero Medea iampridem exspectaverat nuntium.

V. 1108. 9. τὸν Ἰ.— ὀπαδῶν Rom. B. ante corr. τῶν Ἰ.— ὀπαδόν Lasc. τὸν Ἰ.— ὀπαδὸν Flor. A. Rom. A. (sed bis supra scripto — ῶν) C. Mag. Vict. Havn.

V. 1110. δείκνυσι δ' Ald. rell. Pseudogreg. 126. Flor. A. 2. 15. Vict. δείκνυσι δὴ ὡς Flor. 15. δείκνυσιν Lasc. Par. A. B. D. (utrum Romani habeant, non notavit Elmsl.) Havn. Hinc Brunck. πνεῦμά τ' ἠρεθισμένον· δείκνυσιν. Porson. et Elmsl. πνεῦμά τ' ἠρεθισμένον δείκνυσιν. Hoc si dicere voluisset Euripides, haud dubie scripsisset — ὀπαδῶν· πνεῦμα δ' ἠρεθισμένον δείκνυσιν. Et videtur illa scriptura ex eo orta esse, quod de constructione laborabant. Iunge: στείχοντα, ἠρεθισμένον τε πνεῦμα, ut ipse famulus ἠρεθισμένος πνεῦμα dicatur.

V. 1110. ἀγγέλλει Havn. Exspectabam ἀγγελῶν.

V. 1111. 12. desunt in Flor. A. 10. 15. prior tantum in Havn. a m. pr. suppletus a sec. In eo Rom. A. παρανόμως τ' εἰργασμένον. Rom. B. Havn. παράνομόν τ' εἰργασμένη, fortasse recte.

V. 1112. Rom. C. φεῦγε semel tantum. ναΐον (sic) Flor. A.

V. 1113. In λιποῦσ' haeret Iortinus apud Musgr. iniuria. Est *omittens*, ut Iphig. T. 617. ἀλλ' ὧν γε δυνατὸν οὐδ' ἐγὼ λείψω χάριν, i. e. παραλείψω. — ποδοστιβῆ Flor. A. 10. ille etiam ὄχλον pro ὄχον.

V. 1115. *ὄλ. ἡ δύστηνος* Rom. B. quod pro var. l. notatum in Havn.

V. 1119. *φρονεῖς μὲν ὀρθά.* Cf. Valcken. ad Callim. eleg. p. 108. Boisson.

V. 1120. Rom. B. *τύραννον,* quod supra scriptum habet etiam B. Pro *ἑστίαν* Flor. A. Par. A. Rom. A. B. Flor. 10. 15. Havn. *οἰκίαν,* quod interpretationem sapit. Tum *ᾐκισμένη* Ald. rell. Rom. C. tres Florr. Havn. In Vict. annotatum *ἑστίαν ματιζομένη,* i. e. *μαστιζομένη* e schol. *ᾐκισμένην* Lasc. Flor. A. Par. A. B. Rom. A. B. Illud esset *gaudes audiens, te aedes regias pessumdedisse.* Orest. 378. *οὐχ ἡ πρόσοψίς μ', ἀλλὰ τἄργ' αἰκίζεται.* *ᾐκισμένη* praetulerunt Musgr. Brunck. Porson. Elmsl. hic, quod post *ἑστίαν* facilius mutetur nominativus in accusativum, quam contra. Sed *ᾐκισμένη* scriptum esse potuit ob sequens *κλύουσα,* nec scio, quam sit elegans *χαίρεις κλύουσα ᾐκισμένη.* *ᾐκισμένην* legisse etiam videtur Schol.

V. 1122. *τοῖςδε σοῖς* Lasc. quod recepit Porson. Havn. a pr. m. habet *τοῖσι σοῖς, γε* tamen supra scripto.

V. 1124. *λέξον δὲ πῶς ὤλοντο* Ald. rell. Rom. C. Flor. 2. Vict. *λέξον δ' ὅπως* Lasc. Flor. A. Paris. A. Cott. Rom. A. B. Flor. 10. 15. Havn. ut ediderunt Brunck. Porson. Elmsl. Utrumque probum esse docuit Elmsl.

V. 1127. *νυμφικοὺς δόμους* *Böttiger* prol. *de Medea* interpretatur *ἀνδρῶνας, triclinia,* illepide in h. l. nugari scholia dicens, et reprehendens tabellas Rodii et Stieglitzii (vid. ad v. 135.), in quibus ad Vitruvii mentem delineatis virilia et muliebria cubicula ita inter se sunt distincta, ut aditus a platea ad utraque diversus pateat. Nam ante Alexandri M. aetatem in Graecorum aedibus omnia ad antiquiorem illam rationem referenda esse, qua andronitis anticam, gynaeconitis posticam aedium oblongarum partem occupaverit.

V. 1129. *εὐθὺς ἡμῶν ἦν λόγος,* omisso *πολύς,* Flor. A. 10. Havn. sed in hoc altera etiam lectio annotata: *γρ. ἦν πολὺς λόγος.* *εὐθὺς ἦν λόγος* sine *πολύς* Flor. 15.

V. 1130. Vict. *φιλιοῦσθαι* pro *ἐσπεῖσθαι* e schol.

V. 1131. *κύνει* Lasc. Ald. et Codd. *κυνεῖ* recte Brunck. Porson. Elmsl. Omitti quidem augmentum a Tragicis nunc non amplius dubitatur: caussam vero, cur omiserint, maxime

probabilem attulisse videtur Reisig. coniect. in Aristoph. p. 79. ubi nostrum etiam locum attigit p. 82. nam in his ῥήσεσιν ἀγγελικαῖς omissione augmenti similitudinem quamdam narrationum epicarum pueriliter captasse Tragicos, vix adducor ut credam. — ὁ μέν τι χ. Flor. 15. χεὶρ et δεξιὸν pro ξανθὸν Havn.

V. 1133. γυναικῶν om. Flor. 10.

V. 1134. νῦν omittit Flor. 15. De θαυμάζειν, *colere*, vid. Casaub. ad Theophr. p. 63. ed. Fisch. Valck. ad Eur. Hippol. p. 177.

V. 1137. προκαλύψας Havn.

V. 1138. λεπτὴν pro λευκὴν Flor. 15. Pro ἔμπαλιν Flor. A. ἔπειτα.

V. 1140. τ' post ὀργὰς omittunt Paris. A. Rom. A. B. Flor. A. 10. 15. Havn. quod praeferrem, quia ὀργαὶ et χόλος idem significant, si, quomodo τ' irrepserit, perspicerem. — καὶ νεάνιδος χόλον Paris. A. Rom. A. B. Flor. 10. ut edidit Brunck. quod non temere improbandum recte dicit Elmsl. Sic enim Aesch. Prom. 1014. οἷός σε κλύδων καὶ κακῶν τρικυμία Ἔπεισ' ἄφυκτος, ubi κακῶν non minus ad κλύδων, quam ad τρικυμία pertinet.

V. 1141. ἔσει omittit Flor. 2.

V. 1142. παύσαις — στρέψαις Flor. A. παύσεις — στρέψεις Flor. 10. παύσει — στρέψῃς Flor. 2. παῦσαι — στρέψον Havn.

V. 1143. Flor. A. φιλονομίζουσ'.

V. 1145. Flor. A. πᾶσι τὴν δ' ἐμ. fortasse pro παισὶ, τήν γ' ἐμὴν χ.

V. 1146. ἦδ' ὥστ' ἐςεῖδε Lasc. Havn. ὡς τ' Rom. A. B. Flor. A. ἦδ' etiam Ald. rell. Rom. C. ἡ δ', ut iam edidit Barn., Rom. A. B. tres Florr. Havn. — οὐκ ἠνέσχετο. Cf. Porson. Praef. Hec. p. 17. Boisson.

V. 1148. Rom. A. B. τέκνα pro παῖδας. Elmslei., Mirari subit, inquit, Euripidem non potius πατέρα σὺν τέκνοις σέθεν, τέκνα καὶ πόσιν σέθεν vel tale quid dedisse, quam πατέρα καὶ παῖδας σέθεν.

V. 1149. Elmsl. scribendum censet ἠμπίσχετο, quomodo

aoristus verbi ἀμπέχω semper scribitur apud Tragicos, et sic Havn. a m. pr.

V. 1150. χρυσοῦν τιθεῖσα Ald. rell. Flor. 2. χρ. τεθεῖσα Lasc. Rom. A. Vict. χρ. τε (vel τὲ) θεῖσα Flor. A. 10. 15. Paris. omn. Rom. B. C. ut edidit Barn. χρυσοῦν δὲ θ. Havn. — βοστρύχους Lib. P. Vict. Mag.

V. 1151. Rom. A. ante corr. δόμοις pro κόμην.

V. 1152. Scholiastes pro var. l. commemorat προςβλέπουσα, quae etiam e Vict. enotata est. Vid. ad v. 1120. εἰκῶ Lasc. Rom. A. C. ante corr. Havn. ἥκω Flor. A.

V. 1154. κινοῦσα παλλευκὸν πόδα Havn. Eustath. ad Il. p. 146, 27. σωματικῶς δὲ κατὰ μῦθον ἀργυρόπεζα ἡ λαμπρόπους. ὁποία τίς ἐστι καὶ ἡ καλλίσφυρος καὶ ἡ παρ' Εὐριπίδῃ ἁ β ρ ὸ ν β α ί ν ο υ σ α π α λ λ ε ύ κ ῳ π ο δ ί.

V. 1156. τένοντα de cervice accipit Musgr., de pedis tendine Elmsleius. Ita esset, *a capite ad pedes usque formam suam oculis lustrans*, quod nos dicimus *vom Kopf bis zu den Füssen.* Sed quod idem ὀρθὸν interpretatur ἄκρον, vellem hunc usum exemplis firmasset. Sin de cervice intelligas, vix credo, hoc dicere voluisse Euripidem, *cervicem ad erectam oculis respiciens*, ut Portus vertit. Haud scio, an τένοντ' ἐς ὀρθὸν dictum sit pro τένοντι ὀρθῷ seu ὥςτε τένοντα ὀρθὸν ἱστάναι, sicut Iphig. Aul. 939. οὐχ ἅψεται σῆς θυγατρὸς Ἀγαμέμνων ἄναξ, Οὐδ' εἰς ἄκραν χεῖρ', ὥςτε προςβαλεῖν πέπλοις, ubi ultima explicationem continent verborum εἰς ἄκραν χεῖρα. Hic vero habitus recta cervice formam suam contemplandi est ornatu superbientium et in eo sibi placentium.

V. 1158. λεχρίαν Rom. A. B. Havn. λεχρίας πάλαι Flor. A.

V. 1159. τρέχουσα pro τρέμουσα Rom. C. Mag. Flor. 2. Vict.

V. 1159 sq. Hic locus non videtur comparari posse cum iis, quae Marklandus adscripsit ad Eur. Suppl. 1218. In iis enim commemorantur duae actiones, quae uno eodemque temporis momento, nulla vel exigua mora interposita evenerunt et quarum altera, quam καὶ praecedit, praecipuam vim habet, ut Suppl. 1226. ἀλλ' οὐ φθάνειν χρὴ συσκιάζοντας γένυν, Καὶ χαλκοπληθῆ Δαναϊδῶν ὁρμᾶν στρατόν, i. e.

quum primum lanugo genas vestiet, sine mora exercitum Thebas ducere oportet. Hic vero nulla vis est in iis, quae a v. 1161. sequuntur: *quum primum in sellam se coniecisset Creusa, anus exclamavit.* Itaque recte post πεσεῖν plene interpungi puto contra quam Hermannus censet ad Viger. n. 203. μὴ χαμαὶ πεσεῖν est pro ὥςτε μὴ χ. π. ut explicavi in Gramm. gr. §. 553. Locutio autem e duabus mixta, μόλις φθάνει θρόνοισιν ἐμπεσοῦσα, ἢ χαμαὶ πεσεῖν, et ὥςτε μὴ χ. π.

V. 1161. γηραιά Flor. 15. Tum Flor. A. 10. γερ: δόξασα τῶν προςπόλων, omisso που, quod deest etiam in Havn.

V. 1163. διὰ στόμα Flor. A. Cotton. Rom. A. B. Flor. 10. 15. Havn. διαστόμα Lasc. κατὰ στ. Ald. rell. Paris. Rom. C. Flor. 2. quod Elmsl. non iniuria ex interpretatione natum censet. Schol. καί τις τῶν θεραπαινίδων γεραιὰ ἑωρακυῖα κατὰ στόμα προϊόντα τὸν ἀφρὸν etc.

V. 1164. δ' pro τ' Flor. A. 10. 15. Rom. A. B. Havn.

V. 1165. αἷμα τ' οὐ κενὸν Flor. A.

V. 1166. Eustath. ad Il. ζ', p. 643, 39. ἰστέον δὲ ὅτι καὶ Εὐριπίδης ἀντίμολπον ὀλολυγῆς κωκυτὸν εἰπὼν δηλοῖ, ὡς μὲν ὁ κωκυτὸς αὐτόχρημα θρῆνός ἐστιν, ἡ δὲ ὀλολυγὴ ἀπεναντίας αὐτῷ θεοῦ ἐπίκλησις καὶ εὐχὴ μετὰ ἐμμελοῦς τινὸς γυναικείου ἐνθεασμοῦ, ἀτραχύντου οἶμαι καὶ λειοτάτου, ὡς καὶ ἡ τῆς λέξεως ὀνοματοποιΐα δηλοῖ.

V. 1169. συμφορᾶς Flor. A. (qui νύμφε συμφορὰς, ut 1166. ὀλολυγὲς) Rom. A. B. Havn.

V. 1171 sq. ἑκπλέθρου δρ. est e coniectura Reiskii et Tyrwhitti, probata Musgr. Brunck. Pors. Elmsl. pro ἔκπλεθρον δρόμου. ἔκπλεθρος δρόμος est stadium sex plethrorum, i. e. sexcentorum pedum. Deinde quum ἂν deesse videretur, Musgr. ἂν ἥπτετο coniecit, quod recepit Porson. Brunck. ἀνθήπτετ' ἄν, Schaefer. ad Porsoni notam ἂν ἕλκων — ἀνθήπτετο, et sic edidit Elmsleius, Schaefero ne commemorato quidem. Sed in simili comparatione Electr. 828 sq. dixit: θᾶσσον δὲ βύρσαν ἐξέδειρεν ἢ δρομεὺς Δισσοὺς διαύλους ἵππιος διήνυσεν, non διήνυσ' ἄν. Ita ἀνθήπτετο sine ἂν esset pro ἀνθάπτεται, sed de re fieri solita.

ἀνέλκων autem h. l. non ascensum significat, ut ait Elmsl., sed reditum a meta ad carceres.

V. 1173. Barnesius, Mallem ὄμματα legi, inquit, ut sit ἐξ ἀναύδου προσώπου καὶ τὰ ὄμματα μύσαντος. Itaque προςώπου supplendum censet, ut Reiskius φθέγματος. Contra quod recte Elmsl., qui τυφλὸν πόδα et τυφλὴν χεῖρα dixerit, eodem iure ἄναυδον ὄμμα dicere potuisse monet. Il. ω, 637. οὐ γάρ πω μύσαν ὄσσε ὑπὸ βλεφάροισιν, quem locum attulit Heath. ὄμματα tamen videri confirmari a X. Π. 903. (πῶς δ' ἐξ ἀναύδου καὶ μύσαντος ὄμματα Ἔξω παρηγόρημα) 1329. (πῶς γὰρ ἀναύδου καὶ μ. ὄμματα Ἔ. παρ.) annotavit Porson.

V. 1174. Rom. C. Mag. Flor. 2. Vict. ἀπώλλυτο pro ἠγείρετο e v. 280. ut suspicatur Elmsl.

V. 1176. Rom. A. B. κείμενος κόσμος. In B. supra scriptum β α, ut sit κόσμος κείμενος. Variam lectionem κόσμος in margine commemorat etiam Havn.

V. 1177. ἅμα pro νᾶμα Flor. A.

V. 1178. πέπλοι τε λευκοὶ Flor. A. 10. 15. hic e corr. τε pro δέ etiam Lasc. Rom. A. B. Havn. Contra versu proximo λεπτὴν pro λευκὴν Flor. A. 2. 10. Vict. Paris. A. Lib. P. tres Rom. Mag.

V. 1180. ἐκ δόμων Flor. A. 10.

V. 1182. ἀρηρότως Ald. rell. ἀραρότως Lasc. Par. A. Flor. A. 10. 15. Rom. B. C. Havn.

V. 1184. τόσον δ' Ald. rell. δὶς τόσον τ' Lasc. Par. B. Rom. B. δὶς τόσον Rom. C. δὶς τόσως τ' ἐλ. Par. A. Rom. A. (in quo est τοσῶς, supra scripto τόσον). δὶς τοσῶς δ' ἐλ. Havn. δὶς τόσως ἐλάμπ. Flor. A. 2. 10. Par. E. Lib. P. Mag. Vict. Hoc verum videtur; pro quo deinde scriptum usitatius τοσόνδε.

V. 1185. πίπτει Rom. C. Mag. Flor. 2. Vict. πίτνει Elmsl. Vid. ad v. 55. — ἐπ' οὖδας Ald. rell. X. Π. 1086. ἐς οὖδας Lasc. Par. A. B. E. Rom. A. B. Flor. 10. 15. Havn. quod recepit Brunck.

V. 1186. δυςμαθὲς ἦν ἰδεῖν Flor. A. ἦν addit etiam Flor. 10.

V. 1189. ἔσταξε Havn.

V. 1190. ὥςπερ pro ὥςτε Flor. 15.

V. 1191. Ald. rell. Rom. C. γναθμῶν ἀδήλοις φαρμάκοις, ut Scholiastes etiam legisse videtur: nam ἀδήλοις φαρμάκοις explicat verbis ὑπὸ τῶν ἀδηλοποιῶν φαρμάκων, quo spectat etiam, quod addit, δοτικῇ δὲ ἀντὶ γενικῆς κέχρηται. Lasc. Paris. E. Cott. γναθμοῖς ἀδήλων φαρμάκων. ἀδήλων etiam Mag. Vict. et Flor. 2. a m. pr. sed correctum ἀδήλοις. Quod nunc inde a Musgr. editur, et coniectura assecutus erat Miltonus, habent Flor. A. Par. A. B. D. Lib. P. Rom. A. B. Flor. 10. 15. Havn. Praeterea Mag. γνάμπτοις. γναθμοῖς est *morsibus*.

V. 1192. θιγεῖν Rom. C. Mag. Vict. Havn. quod tacite admisit Barnes.

V. 1195. προςπίπτει Flor. A. Par. A. Rom. A. (in quo supra scriptum γρ. καὶ προςπιτνεῖ) B. Havn. quod recepit Brunck. προςπίτνει Elmsl.

V. 1196. περιπτύξας χέρας Ald. rell. Rom. C. Flor. 2. Vict. Brunck. Elmsl. περ. δέμας Lasc. Flor. A. 10. 15. Par. A. Cott. Rom. A. B. Havn. Porson. Aldina lectio per se non improbanda. Androm. 417. καὶ πατρὶ τῷ σῷ διὰ φιλημάτων ἰὼν δάκρυά τε λείβων καὶ περιπτύσσων χέρας, λέγ' οἷ' ἔπραξα. ubi ut dativus praecedens πατρὶ repetendus est ἀπὸ κοινοῦ, sic h. l. νεκρῷ. Cf. Alc. 349. Sed Codd. auctoritas sequenda erat, etiam Pseudogregorii, qui v. 1087. περιπτύσσει πέδον, v. 1222. vero περ. πόδας dixit.

V. 1197. κύνει Flor. A. Rom. C. ὦ δύστηνε σύ Rom. A. supra scripto γρ. παῖ. ὦ δύστηνε σύ legitur Andr. 68. 170.

V. 1198. τίς ὧδ' ἄτ. δαιμόνων σ' ἀπώλεσε Ald. rell. Rom. A. ante corr. τίς σ' ὧδ' ἄτ. δαιμόνων ἀπώλ. Lasc. Paris. A. Rom. B. Pseudogr. 1208. σ' utroque loco habet Rom. A. a corr. Vict. neutro Flor. A. 2. 10. 15. Rom. C. Havn. ἀπώλεσεν tres Florr.

V. 1202. γηραιὸν Rom. A.

V. 1203. Pseudogreg. 1318. προςειχόμην δ' ὡς κισσὸς ἔρνεσι δρυός, unde eo inclinare videtur Porsonus, ut hic etiam, sicut Hec. 395. δρυὸς legere malit. Idem tamen auctor Χ. Π. 1230. tres versus 1201. 2. 3. in iisque ἔρνε-

σι δάφνης habet. Itaque recte Eichstadius in progr. de dramato *X. Π.* p. 28. versificatorem ex duorum versuum velut laceris membris suum versum composuisse iudicat.

V. 1205. In Rom. A. supra scriptum γρ. δέμας. Quae scriptura e v. 1202. manavit.

V. 1206. ἀντιλάζυτ' pro ἀντιλάζετ' e scholiaste dedit Porson. et sic Flor. 2. Vict. Mag. Altera forma non nisi in imperativo Atticos uti monet Elmsl.

V. 1207. ἐσπάρασσ' Ald. Herv. 1. 2. Flor. A. Havn. unde Canter. fecit ἐσπάραξ', quod recepit Barn. sed recte iam Brubach. ἐσπάρασσ', quod habent Lasc. Par. A. B. D. Lib. P. Burn. tres Rom. Mag. Flor. 2. 10. Vict. ἐπάρασσ' Flor. 15.

V. 1208. ἀπέσβη est e coniectura Valcken. diatr. p. 57. pro ἀπέστη. Grammaticus apud Bekker. anecd. gr. p. 422. ἀπέσβη, ἐσβέσθη ἢ ἐπαύσατο, τέθνηκεν.

V. 1210. κεῖται Flor. A. καὶ πατὴρ γέρων Flor. A. 10.

V. 1211. δακρύουσι Lasc. Flor. 15. Rom. A. B. Havn. contra metrum. In loco Aeschyli Choëph. 81. V. D. in *Classic. journ.* 3. p. 564. legit δακρυχέω δ' ὑφ' εἱμάτων pro δακρύω. Sed in sententia laborant interpretes. Musgr. primum ποθεινὴ δυςνοοῦσι coniicit, deinde ποθ. βασκάνοισι. Brunck. nondum succurrisse, quid bene reponi possit, fatetur. V. D. in *Classic. journ.* l. c. ποθεινὴ δημόταισι, coll. Phoen. 321. Ut, quod animanti maxime accommodatum est, id ei gratum et acceptum est, ab eoque expetitur, sic ab hac similitudine etiam quod rei inanimae maxime appositum est et consentaneum, ut materia ignis, id ei curae esse, ideoque ab ea appeti dicitur. Eur. Hel. 196 sq. Ἴλιον κατασκαφὰν, πυρὶ μέλουσαν δαΐῳ. Iph. T. 629. κατολοφύρομαί σε τὸν χερνίβων ῥανῖσι μελόμενον ῥανίσιν αἱματηραῖς. Vid. Elmsl. Mus. crit. 3. p. 364. Cf. supra ad Phoen. 1303. Hinc, quod maxime accommodatum est ad lacrimas excitandas, hoc δακρύοισι μέλειν et ποθεινὸν esse δακρύοις dici potuit.

V. 1212. recte Elmsl. explicat: *de tuis quidem rebus parco dicere, consilium tibi dare supersedeo.* Cf. ad Or. 537.

V. 1213. Schol. variam lectionem commemorat γλώσσῃ

pro *γνώσῃ* s. *γνώσει*, quae enotata etiam est e Flor. A. quae quomodo explicanda sit, nisi pro *αὐτή* scribas *ὕψει* vel aliud quid, non assequor. Pseudogreg. 799. *αὐτόν τε γνοίης ζημίας ἀντιστροφήν*.

V. 1216. *μεριμνητὰς λόγων* manifeste indicare aretalogos et Sophistas, non poëtas, quos intellexerant scholia graeca, monet *Böttiger*. prol. *de Medea* p. 119. not.

V. 1217. *τούτοις* Lasc. Flor. 10. (sed corr. *τούτους*) 15. Tum Flor. A. 2. 10. 15. Vict. tres Rom. Havn. Lasc. *ζημίαν* pro *μωρίαν*, id est, *in maxima damna* s. *mala incidere puto*, ut supra 578. *Quo quis sapientior et callidior videtur, eo gravius offendere solet*, ut nunc Medea. Qui sensus magis convenire huic loco, quam alter, *quo quis callidior esse videtur, eo stultior est*, mihi quidem videtur. Praeterea Flor. A. *μεγίστοις*, Havn. *μεγίστη*.

V. 1218. Pseudogreg. v. 1013. *ὄλβιος φύσει* et 1220. *ὄλβιος δ' ἂν οὔ*, quod utrumque probatum a Valcken. ad Hipp. 750. recepit Brunck. Cautior idem Valck. ad Theocr. Adoniaz. p. 322. „Versu primo legit; *vel certe scripsit*, Auctor Christi patientis v. 1015. *ὄλβιος φύσει*.“ Ego vero vereor, ne Pseudogregorio nimium tribuerint VV. DD. qui *φύσει* scribere debuit, quum *ὄλβιος* scripsisset; in Euripide vix ferendum *ὄλβιος φύσει· ὄλβου δ' ἐπιῤῥ*. Tamen Porson. etiam *φύσει* retinuit. Scribe *εὐδαίμων ἀνήρ* et v. 1220. *εὐδαίμων δ' ἂν οὔ*, ubi *ὄλβιος* in mea editione e Zimmermanniana, me aliud agente, remansit.

V. 1219. Pseudogregor. l. c. *εὐκλεέστερος* (sec. Porson. et Elmsl. *εὐκλεέστατος*) pro *εὐτυχέστερος*, Rom. A. *εὐτυχεστέρως*, altero ab eadem m. supra scripto.

V. 1222. *ξυνάπτειν* Rom. A. B. *συνάπτειν* Pseudogr. v. 1093. Melior est vulgata. Noster Orest. 756. *ὦ τάλας, ἔοικε καί σε τἀμὰ λυπήσειν κακά*.

V. 1223. *συμφορὰν* Ald. rell. *συμφορὰς* Paris. A. E. Lib. P. Rom. A. B. C. tres Florr. Vict. Havn. quod prima littera mutata recepit Porson. Lasc. Flor. A. *συμφορᾶς*. ex quo Brunck. scribendum suspicatur *ὥς σε συμφορᾶς οἰκτ.* quod ipsi elegantius videtur.

V. 1224. *εἰς Ἅιδου δόμους* Ald. rell. Flor. A. Rom. C.

Flor. 2. Vict. Pseudogr. v. 877. *εἰς Ἄ. πύλας* Lasc. Par. A. Rom. A. B. Flor. 10. 15. Havn. quod receperunt Brunck. et Porson. Elmsleius, quum se legere non meminisset apud Tragicos *εἰς Ἅιδου πύλας ἐλθεῖν*, revocavit *δόμους*. Legitur quidem Alc. 120. *ἦλθεν ἕδρας σκοτίους Ἅιδα τε πύλας*, sed ruente metro. Diversa enim sunt *πύλας Ἀΐδαο περήσω* Homericum, *Ἅιδου πύλας προςεννέπω* ap. Aesch. Agam. 1302. *οὐ γὰρ οἶδ' ἀνεῳγμένας πύλας Ἅιδου* Hipp. 56. *καὶ δὴ νερτέρων ὁρῶ πύλας* ibid. 1437.

V. 1227. *παῖδας κτανούσῃ* culpa librariorum hic legi videtur Elmsleio, et *κτανοῦσαν* ab Eur. scriptum esse, quum sequatur v. 1228. *ἄγουσαν*. Eodem modo apud Soph. El. 958. *ᾗ πάρεστι μὲν στένειν. Πλούτου πατρῴου κτῆσιν ἐστερημένῃ, Πάρεστι δ' ἀλγεῖν, εἰς τοσόνδε τοῦ χρόνου Ἄλεκτρα γηράσκουσαν ἀνυμέναιά τε*, scriptum fuisse *ἐστερημένην*. Mirum vero acumen, quum accusativum pro dativo participii, ad praecedentem dativum nominis vel pronominis referendo, non raro ponant Graeci, legitimam consecutionem nusquam ferre posse, vel, quum ab altera ad alteram constructionem transire, institutae orationis immemores, ita non veriti sint Graeci, ut hanc structurae conversionem studiose adeo secuti esse videantur, ordinem verborum eumdem per totam periodum servatum velle! In hoc loco et Sophocleo nil mirum, priore loco dativum poni, ubi *μοι* proxime praecesserat, altero remotiore accusativum, infinitivi adiuncti ratione potius habita, quam subiecti, quod vocant.

V. 1230. 1. e sua sede v. 1051 sq. huc temere translatos esse recte suspicatur Valcken.

V. 1233. *μὴ οὐ πράσσειν* scribendum esse recte iudicat Elmsl. quem vide.

V. 1235. *βαλβῖδα*. Cf. Pierson. ad Moer. p. 104. Boisson.

V. 1237. *ὦ φίλταθ'* Ald. rell. *ὡς φίλτ.* Lasc. Flor. A. (*ὡς φιλτάθ'*) 2. 10. 15. Paris. omn. Burn. tres Rom. Mag. Vict. Havn. Mox *ὥς σφ' ἔτικτες* Brunck. e coniectura, quod recipere non dubitarem, si codices addicerent: nam quomodo maior vis in pronominis omissione esse possit, non assequor. — In fine *τῆνδε σε* Flor. 2. Vict. Mag.

V. 1238. Rom. A. B. *λαβοῦ.* In A. supra scriptum ab

eadem manu ἀττικῶς, a diversa γρ. λαθοῦ. λαβοῦ pro v. l. habet etiam Havn. marg.

V. 1239. κτείνεις Ald. rell. Rom. C. κτενεῖσα Lasc. unde, levi errore correcto, Porson. edidit κτενεῖς, et sic Flor. A. 10. 15. Rom. A. B. Distinctionem tollendam esse post κτενεῖς σφ' recte monet Elmsl. non magis tamen ea post ὅμως ponenda est; nam quae apud alios duo sententiae membra sunt, in unum coalescunt apud Graecos.

V. 1240. φίλοι τ' ἔφ. Flor. A. 10. 15. Rom. A. B. Havn. Lasc. unde Elmsl. suspicatur scribendum esse φίλοι τ' ἔφυσαν, δυςτυχὴς τ' ἐγὼ γυνή. Mihi convenientius rei esse videtur, haec inter se opponi, quam coniungi, imprimis quum verbis εἰ κτενεῖς σφε non nisi haec opponi possint φίλοι ἔφυσαν: καὶ κτενεῖς σφε, δυςτυχὴς ἐγὼ γυνή non apte cohaerent.

V. 1241. γᾶ γε Flor. 10. Loca, ubi Tellus cum Sole invocatur, attulit Elmsl. Carmen disposuit Herm. de metr. p. 247. Seidler. de vers. dochm. p. 290 sqq.

V. 1242. Primam vocis ἀελίου corripi cum Seidlero de verss. dochm. p. 103. censet Elmsl. De quo dubito: vid. ad Orest. 993. Eiusdem generis versus est Ionis 1232. σπονδὰς ἐκ Διονύσου βοτρύων θοᾶς, ubi item spondeum cum choriambo excipit dochmius, nisi spondeus cum choriambo hanc dochmii formam habet: ⏑̄ _ _ ⏑⏑ _. — κατείδετε, εἴδετε Ald. rell. Flor. 15. et omisso εἴδετε Lasc. Par. B. D. Musgrav. κατίδετ', ἴδετε e Paris. A. E. et sic Flor. 10. Havn. nisi quod in hoc ἴδετε vel εἴδετε deest. Flor. 2. ἴδετε, omisso κατίδετ'.

V. 1243. οὐλομέναν Lasc. Rom. A. B. Mag. Flor. 2. Vict. — φονίαν Lasc. Rom. A. a. corr. B. C. Mag. tres Florr. Vict. πρὸς φονίαν supra scripto γρ. πρὶν Rom. A. ante corr.

V. 1244. τέκνοισι Rom. C. τέκνοισιν Flor. 2. — χεῖρ' αὐτοχ. Havn. αὐτοκτόνων Flor. 15.

V. 1245. τᾶς σᾶς γὰρ est e coniectura Seidl. p. 291. qua hic versus aequatur antistrophico 1255. Herm. de metr. σᾶς γὰρ χρυσέας ἀπὸ γονᾶς | Ἔβλ. et in antistr. δειλαία, τί σοι φρένα βαρὺς | Χόλ. (σᾶς γὰρ χρυσέας ἀπὸ iam edidit Brunck.) Idem elem. doctr. metr. p. 257. sic scriben-

dos esse hos versus censet: σᾶς γὰρ ἀπὸ χρυσέας | Γονᾶς ἔβλαστεν· θεᾶν δ' | Αἵματι πιτνεῖν φόβος ὑπ' ἀνέρων et in antistrophico δειλαία τί σε φρενῶν etc. ut primus versus sit iambicus ischiorrhogicus, secundus ex iambo et dochmio, tertius ex diiambo et dochmio. Mihi prior ratio verior videtur.

V. 1246. θεοῦ Flor. A. 10. tres Rom. Mag. Havn. quod quum tacite ediderit Brunck. videtur etiam in Par. A. legisse. θεοὺς Vict. ἔβλαστε θεοῦ Flor. 2. — αἷμα Ald. rell. Rom. A. a corr. B. C. αἵματι Lasc. Par. A. B. D. Flor. A. 10. 15. Rom. A. ante corr. Ita dochmium sequitur dipodia iambica – ◡◡ ◡ – pro ◡̄ – ◡ –. πίτνειν Rom. A. ante corr. πιτνεῖ Havn.

V. 1247. φόβος δ' Flor. A.

V. 1248. Rom. A. ante corr. Havn. κάθειργε i. e. σύγκλειε.

V. 1249. κατάπαυσ' Flor. 15. φονίαν Lasc. tres Rom. Mag. tres Florr. Vict. Syllaba longa antepenultima dochmii in duas breves soluta videtur, vel disyllabum est φονίαν. Sed Seidler. ἔξ | ελ' οἴκων τάλαιναν φονίαν τ' Ἐριν | νῦν ὑπ' ἀλαστόρων.

V. 1250. ὑπ' ἀλαστόρων. In Rom. A. supra scripta gl. πεμφθεῖσαν. Ita similis esset constructio Platonicae τὴν ὑπὸ τῶν ὀλίγων δυναστείαν Politic. p. 291. D. de qua vid. Heindorf. ad Plat. Phaedon. §. 110. p. 188. Wyttenb. ibid. p. 261. et ad Plutarch. p. 213 sq. Scholiastes verba ita iunxisse videtur: ὑπ' ἀλαστόρων μάταν μόχθος ἔῤῥει τέκνων. Nam annotat: μάτην, φησὶν, ὑπὸ δαιμόνων πονηρῶν ἀπόλλυται τὰ τέκνα.

V. 1251. τῶν τέκνων Ald. rell. sed τῶν omittunt Lasc. Flor. A. 2. 10. 15. Par. A. B. D. Lib. P. tres Rom. Havn. quibus obsecutus est Musgr.

V. 1252. καὶ μάταν γ. Ald. rell. ἄρα μάταν Par. A. B. D. Flor. 10. 15. Havn. ἆρα μάταν Flor. A. μάταν sine καί et ἄρα Lib. P. Rom. C. Flor. 2. Lasc. E codd. scriptura Musgr. fecit μάταν ἄρα, Brunck. μάταν ἆρα, quem sequitur Porson. Particulae ἄρα post μάτην subiectae complura exempla dedit Elmsl. Sed verum videtur μάταν ἄρα. nam dochmium esse priorem partem versus 1242. nondum

audeo dicere. — τέκες Ald. rell. ἔτεκες Flor. A. Par. A. E. tres Rom. Mag. tres Florr. Vict. Havn. Lasc. quod recepit Musgrav. ὦ omittunt Lasc. Rom. C. Flor. 2.

V. 1253. Rom. A. κυανέαν, supra scripto ῶν c. gl. δωρικῶς. Havn. κυανέων ἄν.

V. 1254. Rom. A. B. πετρῶν ἀξενωτάτων. Schol. in lemmate πετρᾶν ἀξενωτάτων. Havn. πετρῶν.

V. 1255. Herm. de metr. δειλαία, τί σοι φρένα βαρὺς | Χόλ. elem. doctr. m. δειλαία, τί σε φρενῶν | βαρύς. Vid. ad 1245.

V. 1257. ἀμείβεται φόνος Flor. 2. Lasc. ἀμείρεται φόνος Rom. C. φόβος Havn. φόνος ἀμείβεται sc. φόνῳ, *caedes caede permutatur, caedem caedes sequitur,* ut Orest. 967. ἑτέρα δ' ἑτέροις ἀμείβεται πήματα. Electr. 1097. εἰ δ' ἀμείψεται φόνον δικάζων φόνος.

V. 1258. αἱμογενῆ μιάσματ' Rom. C.

V. 1259 sq. Ald. rell. αὐτοφόνταισι ξύνοιδα. Brubach. post αὐτοφόνταισι plene interpunxit. αὐτοφόνταις Lasc. Rom. A. C. Mag. tres Florr. Vict. Havn. αὐτοφόντες Flor. A. Rom. B. ξυνῳδὰ vel συνῳδὰ Pariss. omn. tres Rom. Cotton. Mag. Flor. 2. 15. Vict. Havn. σύνοιδα Flor. 10. (ut Flor. A.) sed supra scriptum ab antiqua m. ξυνῳδά. In Rom. A. supra scriptum γρ. σύνοιδα.

V. 1260. πιτνόντ' Ald. rell. Rom. A. a corr. B. tres Florr. Havn. πίτνοντ' Rom. A. ante corr. ut scripsit Elmsl. πιτνοῦντ' Lasc. Rom. C. Mag. Vict. quod ediderunt Barnes. et Porson. πιτνοῦτ' schol. edd. Ven. Basil. πιτνοῦσ' Brunck. quo plurali post ἄχη non utuntur Attici. — In Rom. A. eadem manus ους super δόμοις scripsit, recentior super ἄχη. Flor. 10. θεόθεν ἐπὶ δόμους πιτνόντ' ἄχη. Verba αὐτοφόνταις — ἄχη explicationem continent verborum ὁμογενῆ μιάσματα. *Caedes cognatorum* sunt *calamitates consentaneae* iis, quae perpetrata sunt, *divinitus in terram in domos caede pollutas ingruentes.* αὐτοφόντης non tantum est, qui sibi ipse mortem conscivit, sed qui suis ipse manibus caedem perpetravit, ut Soph. Oed. T. 266. αὐτόχειρ τοῦ φόνου. De constructione ἐπὶ δόμοις vid. Schaefer. ad Soph. Antig. 57. Iungere etiam licet ἐπιπίτνοντα δόμοις.

V. 1261. De hoc carmine vid. Seidler. de verss. dochm. p. 291 sqq. *πῆ* praefert Dawes. p. 207. sine causa. Vid. Elmsl. et Herm. ad Herc. 1236.

V. 1262. *ὀλλύμεθα* Flor. 15. Lasc. *φίλταθ' ὀλοίμεθα* Havn.

V. 1264. *τλῆμον* Rom. C. Flor. 2. *ἰὼ κακοτ.* Ald. rell. *ὦ κακοτ.* e Lasc. et schol. sumsit Porson. et sic Rom. B. C. Mag. tres Florr. Vict. Havn.

V. 1265. Schol. *ἀρήξειν.*

V. 1267. *ἀρήξετ'* Rom. C.

V. 1268. *δ'* pro Flor. 10. E Flor. A. enotatum est *ἤδη δεσμὰς ἀρκύων.*

V. 1270. *ὦν ἔτεκε* Rom. A. Non displiciturum sibi, ait Porson., si quis codex *ὦν ἔτεκες* omitteret. *ὃν ἔτεκες* Seidler. quem sequitur Elmsl.. Mihi creticus dochmio subiectus esse videtur. Sed ita perit antistrophica carminis descriptio.

V. 1271. *κτενεῖς* omittit Flor. A.

